**¶** Comparētur a b ad tertium c sitqz a maior b: dico ipsius a ad c maiorem eē pportionem qz b ad c: dico etiā c ad a minorem esse pportionem qz c ad b. Prīmū patet et sit primo c tertius vtroqz a et b maior. qm c est maior a et maior b: erit a pars vel partes c p primam partem: et per eādē b eiusdē erit pars vel partes. et cū a positus sit maior b ipse erit plures ptes c qz b. quare maior proportio a ad c qz b ad c. Sit scdo c tertius vtroqz a et b minor: si a plures ptinebit c qz b ipm c ptineat: cōstat ppositū. Et si a et b equaliter ptinebūt c: qz a maior b plures partes ipsius vltra ptinebit a qz ptineat ipse b. qre idem cōcluditur a scz ad c maiorem eē pportionem qz b ad c. Sit tertio c tertius minor a et maior b: quia denotatio pportiois a ad c fit a toto multiplice aut a toto et parte aut partibus: et denotatio pportiois b ad c est a parte aut partibus: pstat et hoc mō maiorem eē pportionem a ad c qz b ad c. et cū non possit c tertius esse maior a et minor b. qz quicūqz est maior maiore maior est et minor: pstat prima ps quo ad oēs eius modos firma. Scda pz: et sit pzo c tertius maior a et b cū c sit maior a et b et a sit maior b. si c ptinet plies b minozē qz a maiore: pstat pportionē c ad b esse maiore qz c ad a. et si c cōtinet b et a equalit: cōtinebit insuper plures partes b minozis qz a. quare itez idem cōcluditur. Sit scdo c vtroqz minor. erit itaqz sumptis vnitatibus totidem partes maioris quot minozis. sed maioris per conceptionem erit totidez partes minozes: cum partes ille a maiore numero sint denotate. quare ipsius ad maiorem itez minor pportio. Sit tertio c tertius minor a et maior b: cū sit solum pars vel partes a et excedat ipm b: maior erit ipsius ad b pportio qz ad a. et cū nō possit vt dictum est eē maior a et minor b: cōstat scda pars quo ad oēs eius partes monstrata. Corclarū ex prima parte facile cognitum esse potest.

$$\begin{array}{r} 4 \\ \hline c \\ 8 \\ \hline b \\ 9 \\ \hline a \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 6 \\ \hline c \\ 3 \\ \hline b \\ 9 \\ \hline a \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 3 \\ \hline c \\ 6 \\ \hline b \\ 9 \\ \hline a \end{array}$$

10 **¶** Si idem numerus ad duos cōparet ad quē ipsius maior pportio fuerit: minorem / et ad quem minor: maiorem esse necesse est.

**¶** Hec est pversa precedētis. Sint ergo a b duo nūeri ad quos cōparetur c tertius. et sit c ad a minor pportio: et c ad b pportio maior. dico a eē maiorem: et b minorem. Nam pmo non erunt equales: quia c ad vtrūqz cēt eadem pportio. neqz a erit minor b. nam per primam partem precedētis: minor eēt a ad c pportio qz b ad c. et per scdam partem eiusdem maior c ad a pportio: et minor c ad b. qd est ptra hypothesim. relinqtur igitur propositum verum.

$$\begin{array}{r} 3 \\ \hline b \\ 9 \\ \hline a \end{array} \quad \begin{array}{r} 2 \\ \hline d \\ 4 \\ \hline c \\ 6 \\ \hline e \end{array}$$

11 **¶** Si fuerit pportio primi ad scdm maior qz tertii ad quartum: erit secūdi ad primū pportio minor qz quarti ad tertium.

**¶** Hanc in multiplicibus demonstrare p facile est: vt si sit a ad b in genere multiplici maior pportio qz c ad d: dicam b ad a minorem esse pportionem qz d ad c. capiam enī e eque multiplicem ad d: vt a ad b. qz ergo a ad b et e ad d eque multiplices: erit a ad b et e ad d eadem pportio. at pportio a ad b posita est maior qz c ad d: ergo et pportio e ad d maior est qz c ad d. per scdam partem igitur nonē maior est pportio d ad c qz d ad e. at qz eadem est pportio a ad b et e ad d. per primā igitur huius eadem erit pportio b ad a et d ad e. sed d ad c pbatā est maior pportione d ad e: maior igitur erit et sua equali b ad a. qd est propositum. at qz demonstratio hec non eque aptanda est alijs gnibus: idcirco alia vniūsalior adhibenda est. Sit ergo a ad b maior pportio qz c ad d: dico b ad a minorem eē pportionem qz d ad c. duco enī c in b et proueniat c: et idē c in a et pueniat f. per septimā huius q pportio a ad b: eadem erit f ad e. Rursus duco d in a et pueniat g. qz c et d multiplicauerūt a p octauam eadem erit pportio f ad g producti ad productum: qz c ad d multiplicātis ad multiplicantem. Est igitur f ad e pportio vt a ad b: et f ad g vt c ad d. sed pportio a ad b posita est maior pportioe c ad d: igitur pportio f ad e maior est pportioe eiusdē f ad g. per precedētem igitur e minor est et g maior. igitur per primam partem nonē huius pportio e ad f minor est qz g ad f. sed pportio e ad f est eādē pportio nō b ad a: et pportio g ad f eadem pportio nō d ad c vt facile per primam huius cognoscere potes: igit pportio b ad a scdi ad primū minor est qz pportio d ad c quarti ad tertiuū. qd erat demonstrādū.

$$\begin{array}{r} 4 \\ \hline b \\ 6 \\ \hline a \end{array} \quad \begin{array}{r} 8 \\ \hline d \\ 10 \\ \hline c \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 40 \\ \hline e \\ 60 \\ \hline f \\ 48 \\ \hline g \end{array}$$


12 **¶** Si fuerit primi ad scdm pportio maior qz tertii ad quartum: erit primi ad tertiuū maior qz secūdi ad quartum.

**¶** Sint vt prius qttuor numeri: a primus. b scds. c tertius. d quartus: et sit a ad b pportio maior qz c ad d. dico maiorem esse pportioem a ad c primi ad tertiuū: qz b ad d secūdi ad quartū. duco enī a in b

$$\begin{array}{r} 3 \\ \hline b \\ 9 \\ \hline a \\ 27 \\ \hline c \\ 81 \\ \hline f \end{array} \quad \begin{array}{r} 2 \\ \hline d \\ 4 \\ \hline c \\ 18 \\ \hline g \\ 36 \\ \hline h \\ 12 \\ \hline k \end{array}$$


et proueniat e. et a in se et proueniat f. et in d et proueniat g. et in c et proueniat h. per septimam huius que proportio a ad b: ea est f ad c. et que c ad d: ea h ad g. deinde duco b in c et proueniat k: eritque per octauam huius h ad k sicut f ad e. at proportio f ad e quae equatur proportioni a ad b: est maior proportione c ad d. ergo et proportio h ad k eadez proportioni f ad e: maior est proportione h ad g. cum h ad g equetur c ad d. ergo per decimam k minor est g. et quae f ad e ut h ad k: per tertiam ut f ad h: ita e ad k. et quae g probatus est minor k: ergo per scdam partem none minor erit proportio e ad g quam e ad k. sed e ad k per octauam huius adequatur proportioni a ad c primi ad tertium: et e ad g proportioni b ad d secundi ad quartum. Est igitur proportio primi ad tertium maior quam secundi ad quartum quod proponitur.

**¶ Si fuerit proportio totius ad totum maior quam detracti ad detractum: erit residui ad residuum proportio maior quam totius ad totum.** 13




**¶ Sit a b totum et ab eo detractus a et residuus b. sit item c d aliud totum et ab eo detractus c et residuus d. sitque totius a b ad totum c d proportio maior quam a ad c: dico b ad d residui ad residuum maiorem esse proportionem quam a b ad c d totius ad totum. duco enim a b in a et in b et proueniat e f cuius detractus sit e et residuus f. et duco idem a b in c et in d et proueniat g h: cuius g sit detractus et residuus h. Item ducaſ a in c d et proueniat k: substrahaturque k ab toto g h et relinquatur l. cum enim per nonam primi quod sit ex ductu alicuius numeri in omnes partes alicuius totius: equum sit ei qui sit ex ductu illius numeri in eundem totum: totus e f equabitur ei qui sit ex ductu a b in seipsum a b. et cum idem a b ductus in a prouerit e detractus e f. per septimam huius que proportio a b ad a: eadem erit e f ad e. et eadem ratio que a b ad b: eadem e f ad f. et que a b ad c d: eadem e f ad g h. et ut c d ad c: ita g h ad g. et g h ad h: ut c d ad d. et cum duo numeri scilicet totus a b et a detractus: ducti sint in eundem c d: et prouerit numerus a b numerum g h et a numerum l: per octauam que proportio a b ad a: eadem est g h ad l. sed et cum e prouerit ex a in a b: et l ex a in c d. per septimam que proportio a b ad c d: eadez erit e ad l. quare ut e f ad g h: ita e ad l. detractus ad detractum. per quintam igitur ut e f ad g h: ita f ad l residuus ad residuum. et cum e ad g sit proportio que a ad c: erit proportio e ad g minor quam e ad l. quare per decimam l minor est g. igitur et l qui restabit ex h et differentia l ad g: maior erit h. igitur per eadem decimam proportio f ad h maior est numerum maior est quam ad l. at proportio f ad l. probata est eadem proportioni e f ad g h: quare et proportio a b ad c d totius ad totum. Est igitur proportio f ad h: que est eadem proportioni b ad d residui ad residuum: maior proportione a b ad c d totius ad totum. quod est propositum.**

**¶ Si vero detracti ad detractum fuerit proportio maior quam totius ad totum: erit residui ad residuum proportio minor quam totius ad totum. Ex his quoque perspicuum euadit si fuerit proportio residui ad residuum sicut detracti ad detractum: proportionem detracti ad detractum esse tanquam totius ad totum.** 14



**¶ Sit a b aliquis totus numerus et ab eo detractus a et residuus b: et c d alter totus et ab eo detractus c et residuus d. sitque a ad c maior proportio quam a b ad c d. dico b ad d minorem esse proportionem quam a b ad c d. quia enim a ad c est proportio maior quam a b ad c d: per undecimam huius e contra minor erit proportio c ad a quam c d ad a b. cum itaque maior erit proportio c d ad a b totius ad totum quam c ad a detracti ad detractum. per precedentem igitur maior est proportio d ad b residui ad residuum quam c d ad a b totius ad totum. Intellego igitur d primum numerum. b secundum. c tertium. et a b quartum. quod d ad b maior est proportio quam c d ad a b: per undecimam e contra minor est proportio b ad d quam a b ad c d. est itaque notum totius ad totum maiorem esse proportionem quam residui ad residuum et propositum. Correlarium patet: nam si totius ad totum maior esset proportio quam detracti ad detractum: ergo per precedentem residui ad residuum maior erit proportio quam totius ad totum. quare multo fortius residui ad residuum maior esset proportio quam detracti ad detractum. quod est contra hypothesim. Si autem totius ad totum minor sit proportio quam detracti ad detractum: ergo per presentem residui ad residuum minor erit proportio quam totius ad totum. quare et multo fortius residui ad residuum minor erit proportio quam detracti ad detractum. quod est ite contra hypothesim. Cum itaque proportio totius ad totum neque maior neque minor esse possit quam detracti ad detractum: relinquatur eidem equalis.**

**¶ Si primi ad secundum fuerit proportio maior quam tertij ad quartum: erit primi et secundi ad secundum maior proportio quam tertij et quarti ad quartum: ad primum vero minor quam tertij et quarti ad tertium.** 15




**¶ Si a ad b maior proportio fuerit quam c ad d: dico primo a b ad b maiorem esse proportionem quam c d ad d. scdm a b ad a minorem esse quam c d ad c. Primum patet: nam si a b ad b et c d ad d ponatur equales: ut que proportio a b ad b: ea sit c d ad d. ergo permutatim per tertiam huius erit proportio a b ad c d: que b ad d. que per quintam que proportio a b ad c d: ea erit et a ad c residui ad residuum. quare et que b ad d. et cum similes sint a ad c et b ad d: ergo permutatim per tertiam que proportio a ad b ea est c ad d. quod est contra hypothesim. Si autem ponatur a b ad b minor et c d ad d proportio maior: cum c d ad d sit proportio maior quam a b ad b ergo per duodecimam huius c d ad a b maior quam d ad b detracti ad detractum. ergo per decimam tertiam c ad a maior residui ad residuum quam c d ad a b. quare multo potius quam d ad b. cum itaque c ad a sit maior quam d ad b: ergo per undecimam minor est a ad c quam b ad d. Intellego ergo quattuor numeros: b primum. d secundum. a tertium. c quartum: quia maior est proportio b ad d quam a ad c: ergo per duodecimam maior est b ad a quam d ad c: proportio: ergo per undecimam minor a ad b quam c ad d. quod est contra hypothesim. Relinquit igitur proportio a b ad b: cum neque equalis neque minor ut probatum est esse possit: maior esse proportio c d ad d. quod est primum.**

Secūm patet: nam p̄ immediate mōstratum a b ad b: maior est p̄portio q̄ c d ad d. ergo p̄ duodecimam p̄portio a b ad c d: maior q̄ b ad d detracti ad detractū. ergo p̄ decimātertiam a ad c residui ad residuū maior p̄portio q̄ a b ad c d. quare itez per duodecimā a ad a b maior q̄ c ad c d. per undecimā igit̄ a b ad a: minor q̄ c d ad c. quod est sc̄dm 7 totum p̄positum.


15 ¶ Si inaequales nūeri equalibus addātur: erit p̄positoꝝ minor p̄portio q̄ adiūctoꝝ.

¶ Sint a c numeri inaequales: b d o r d equalis 7 cōpositi a b 7 c d: sitq̄ a maior c. dico a ad c adiūcti ad adiūctum maiorem esse p̄portioem q̄ a b ad c d cōpositi ad cōpositum. nam cū b 7 d idem sint numerus: 7 a sit maior c: per nonam igitur maior est p̄portio a ad b q̄ c ad d. ergo per duodecimam maior p̄portio a ad c detracti ad detractū q̄ b ad d residui ad residuū. ergo maior p̄portio a ad c detracti ad detractum: q̄ a b ad c d totius ad totum. nam si a ad c: 7 a b ad c d eadem esset p̄portio: per quintam eadē eēt a ad c: 7 b ad d. cuius oppositū demōstratum est. Si autē maior eēt a b ad c d p̄portio q̄ a ad c: ergo per decimātertiam esset p̄portio b ad d residui ad residuū: maior q̄ a ad c detracti ad detractū. cuius etiā oppositum modo monstratum est. relinq̄tur igitur a ad c p̄portio maior adiuncti sc̄z ad adiūctum: q̄ a b ad c d cōpositi ad cōpositum 7 p̄positum.



17 ¶ Si fuerit p̄portio primi ad sc̄dm maior q̄ tertij ad quartū: fueritq̄ primus minor tertio: erit secundus minor quarto.

¶ Sint quattuor numeri: a primus / b secūsus / c tertius / d quartus: sitq̄ a ad b p̄portio maior q̄ c ad d: et sit a minor c. dico b esse minorem d. nam cū c sit maior a: ergo per nonā maior est p̄portio c ad b: q̄ a ad b. quare multo fortius c ad b maior est p̄portio q̄ c ad d. per decimam igitur d maior est b. quod est p̄positum.



18 ¶ Cum fuerit p̄portio primi ad sc̄dm maior q̄ tertij ad quartum: et cōpositum ex primo et secundo equale cōposito ex tertio et quarto: primum tertio maiorem esse necesse est.

¶ Sit a ad b maior p̄portio q̄ c ad d: et nūerus cōpositus a b equalis cōposito c d: dico a eē maiorem c. nam primo non erit equalis: q̄ si a eēt equalis c: etiam b eēt equalis d per conceptionem. alioquin si equalibus inaequalia adderētur: tota fierent inaequalia. quare equalis eēt p̄portio a ad b: 7 c ad d. q̄ est p̄tra hypothēsīm. neq̄ erit c maior a: et a minor. nam per precedentem b sc̄ds esset minor d quarto per conceptionem igitur a et b duo minores simul sumpti minus sunt q̄ c d duo maiores simul. quod itez est p̄tra hypothēsīm. relinq̄tur igitur a eē maiorem c 7 p̄positum.




19 ¶ Si primus fuerit maior tertio: 7 cōpositus ex primo 7 secundo equalis cōposito ex tertio 7 quarto: maior erit p̄portio primi ad sc̄dm q̄ tertij ad quartum.

¶ Hec est p̄versa precedentis. Sit vt prius a primus nūerus maior c tertio: et cōpositus a b equalis cōposito c d. dico maiorem eē a ad b p̄portioem q̄ c ad d. Nam q̄ a e maior c: 7 a b 7 c d equalis: erit b minor d. non enī esse potest b equalis d. nam ipsis a 7 c inaequalibus additis: tota non fierent equalia. neq̄ est b maior d. nam per cōceptionem q̄d fieret ex a 7 b duobus maioribus plus esset. quod est p̄tra hypothēsīm. et cū sit maior c: ergo p̄ nonam p̄portio a maioris ad d: maior erit q̄ p̄portio c ad d. sc̄z 7 cū b demōstratus sit minor d: per decimam igitur a ad b maior p̄portio q̄ a ad d. quare multo fortius q̄ c ad d. quod est p̄positum.


20 ¶ Si quotlibet numeroꝝ ad totidem alios fuerit vna p̄portio: que vnus ad vnum ea oīm ad omnes pariter acceptos erit p̄portio.

¶ Sint a / b / c q̄tlibet nūer: et d / e / f totidem alij. et sit a ad d: et b ad e: 7 c ad f p̄portio vna. dico que p̄portio a ad d: eadēz eēt totius a b c ad totū d e f. nam facile ex sc̄da huius cognōcis tres aīcedētes eēt eque aut maiores aut minores aut equalis ad suos p̄sequētes. Si aut sint eā mīores: quora pars vel ptes erit a ad d tota ps vel ptes erit b ad e: 7 c ad f. ergo p̄ quartā 7 quintā primi sub disiunctione quoties oportuerit repetitas erit totus a b c tota ps vel ptes totius d e f: quora pars vel ptes a ad d. quare eadēz erit p̄portio a ad d: et totius a b c ad totū d e f. Et si sint tres aīcedētes eque maiores quia q̄ p̄portio a ad d: ea est b ad e 7 c ad f. ergo p̄ primā huius q̄ p̄portio d ad a: ea est e ad b 7 f ad c. q̄re q̄ta ps vel ptes d ad a: tota vel tore est e ad b 7 f ad c. per quartā igit̄ 7 quintā primi sub disiunctione q̄tes opus fuerit repetitas quora ps vel ptes est d ad a: tota ps vel ptes est d e f ad a b c. q̄re q̄ p̄portio d ad a: eadē erit totius d e f ad totū a b c. ergo p̄ primā huius q̄ p̄portio a ad d: eadē totius a b c ad totum d e f. q̄d itez est p̄positum. Si x̄o singuli singulis sint equalis: statim adiuvāte p̄ceptione si equalis numeros equalibus addae totos fieri equalis: idem efficies. est itaq̄ totum p̄positum notum.



21 ¶ Si fuerint quotlibet numeri / aliq̄ fm eundem numerum p̄tinue in eadem p̄portione sumpti: extremoz eandem esse p̄portioem necesse est.

¶ Hec declarat equā p̄portionalitatem que est quoties sumptis quotlibet numeris ad alios totidē in cōtinua p̄portionalitate se h̄ntibus: cōcludimus vt illoꝝ p̄portio extremi ad extremum: ita hoꝝ extremi ad extremū p̄portioem esse. quid aut sit cōtinua p̄portionalitas: iam dictū est. et hec equa p̄portionalitas bifariā formari potest p̄mo directe: ordineq̄ recto. vt si hunc in modum dixerō: sicut a ad b: ita d ad e. et sicut b ad c: ita e ad f. sicut a ad c: ita d ad f. p̄ quo eque p̄portionalitatis modo ponitur p̄sens p̄positio. Sc̄do x̄o formaf indirecte p̄uersoq̄ ordine. vt si dixerō que p̄portio a ad b ea est e ad f: et que b ad c ea d ad e. ergo que e a ad c: ea est d ad f. p̄ quo quidē eque p̄portionalitatis



modo sequens ponet ppositio. Sint ergo a b c quotlibet numeri in cōtinua pportioalitate et directe se hñtes ad totidē d e f. ut sicut se hñt a ad b: ita d ad e. et sicut b ad c: ita e ad f: dico eadēz eē pportio-  
cnem a ad c et d ad f. nā qz q pportio a ad b: ea est d ad e. q pmutatim p tertiā huius q pportio a ad  
d ea est b ad e. et qz q pportio b ad c ea est e ad f: igit p eadēz tertiā pmutatim q pportio b ad c: ea  
est c ad f. quare et que a ad d. cum itaqz que pportio a ad d ea sit c ad f: ergo pmutatim per tertiā  
que pportio a ad c: eadem est d ad f: quod est ppositum.

c	2	f	6	k	54
l	4	c	9	h	108
a	6	d	18	g	162

**¶ Si quotlibet numeri totidem alijs indirecte pportioales fuerint: extremi quoqz 22**  
in eadem pportione pportioales erunt.

**¶ Sit a ad b ut e ad f: et b ad c ut d ad e pverso ordine pportioales: dico a ad c ut d ad f. Dico enī**  
d in e et in f: et pueniāt g h: et e in f. et pueniat k. per septimā huius q pportio e ad f eadem est g ad h  
quare et que a ad b: eadem est g ad h. et qz d et e multiplicāt f: p octauā q pportio d ad c: ea est h ad k  
qre et q b ad c. et qz g sit ex d in c: et k ex e in f: et idē k p octauā pmi alternatim sit ex f in e: ergo per  
octauā huius q pportio d ad f: ea est g ad k. At p pcedētem qz ut a ad b: ita g ad h. et ut b ad c: ita h  
ad k. ergo ut a ad c: ita g ad k. et cū pportio g ad k monstrata sit eadēz pportioni d ad f: erit igitur  
ut a ad c: pportio d ad f. quod erat demonstrandum.

**¶ Si fuerit primus ad secūndum: sicut tertius ad quartū. Itēqz primus ad quintum 23**  
sicut tertius ad sextum: erit sicut primus ad scōm et quintū: ita tertius ad quartum et  
sextum.

**¶ Sit pmi nūerus a: scōs b: tertius c: quartus d: quītus e: sextus f. sitqz a ad b: sicut c ad d. et a itēz**  
ad e sicut c ad f: dico ut a ad totū b: ita c ad totū d f. quia enī a ad b sicut c ad d erit per primā huius ut  
b ad a: ita d ad c. erūt igit p: ut ne pportioales ut b ad a: ita d ad c. ut a ad e: ita c ad f. qre p vicesimā  
primam ut b ad e: ita d ad f. ergo p sextam huius erunt pūctum ut b et e ad e: ita d et f ad f: per primā  
igitur huius ut e ad b: ita f ad d. qz ergo ut a ad e: ita c ad f. et ut e ad b: ita f ad d. ergo p vicesimā  
primam ut a ad b: ita c ad d quod est ppositum.

**¶ Si fuerit primus ad secūndum sicut tertius ad quartū fueritqz primus maximus: 24**  
numerus compositus ex primo et quarto maior erit numero cōposito ex scōo et tertio

**¶ Sit a b primus numerus: c secūdo: d e tertius: f quartus. sitqz ut a b ad c: ita d e ad f. et sit a b illoz**  
quattuor: numeroz maximus. dico compositum ex a b et f: maiorem esse composito ex c et d e. cū enī  
a b sit maximus est maior c secūdo: quare per scōam huius d e maior f quarto. et cū ut a b ad c: ita d e  
ad f. ergo pmutatim per tertiā huius ut a b ad d e: ita c ad f. sed cū a b sit maximus per hypothesim  
est maior d e. ergo per secūdam huius et c maior f. est itaqz f illoz minimus. esto ergo b differentia a b  
ad c et e differentia: d e ad f. qz sicut a b ad d e: pbatus est c ad f. et a adequatur c. et d equatur f. ergo q  
pportio a b ad d e ea est a ad d detracti scz ad detractum. ergo per quītas huius ut a b ad d e: ita b ad  
e residuus ad residuū. qre p scōam huius cū a b sit maior d e: etiā b est maior e. sunt itaqz b et f maius  
d e. quare itēz a b et f maius c et d e. at a et b simul per cōm cōceptum equatur toti a b. est itaqz com-  
positus ex a b et f primo et quarto maior composito ex c et d e secūdo et tertio. qd est ppositum.


**¶ Si fuerint quattuor numeri pportioales: quod sub extremis continetur equale 25**  
est ei quod productur ex medijs. quod si producta fuerint equalia: erunt et numeri  
pportioales.

**¶ Id sub extremis contineri dicitur qd ex extremo in extremum productur. Sint a b c d quattuor**  
numeri pportioales: itavt q pportio a ad b: ea sit c ad d. dico primo qz sit ex a in d qd sit e equale eē  
ei quod sit ex b in c quod sit f. Secundo si quod sit ex a in d: equale sit ei qd sit ex b in c numeros illos  
esse pportioales. Primum patet: et ut dictum est ex ductu a in d fiat e: et ex ductu b in c fiat f: quos  
dico esse equales. Dico enī itēz a in b et pueniat g. erit per septimā huius g ad e ut b ad d. sed  
et quia ex a in b puenit g alternatim ex b in a puenit g. et etiā ex b in c puenit f. ergo itēz per  
septimā g ad f ut a ad c. et quia ut a ad b ita c ad d: ergo pmutatim per tertiā ut a ad c: ita b ad  
d. quare g ad f ut b ad d. et pbatus est etiā g ad e ut b ad d quare e et f quoz ad g eūdē numerum  
est pportio vna: adinuicem sunt equales. quod est primum. Preterea dico si e et f adinuicem sunt  
equales: a b c d esse pportioales. nam cū e et f sint equales: ipius g ad eos est pportio vna. et quia  
ut dictum est g ad f ut a ad c: et g ad e ut b ad d: erit a ad c ut b ad d. ergo pmutatim per tertiā a ad b  
ut c ad d qd est numeros a b c d: esse adinuicem pportioales: et secūdam.


**¶ Tribus numeris pportioalibus q sub extremis continetur / quoz ex medio in se 26**  
pducit sunt cōles. Si illi cōles fuerint: tres qz numeri erunt pmiue pportioales.

**¶ Sint a b c tres numeri cōtinue pportioales: dico pmo qd sit ex a in c: equale esse ei qd sit ex b in**  
se. Secdo si qd sit ex b in se: equale sit ei qd sit ex a in c tres numeros a b c eē cōtinue pportioales.  
Primam partem probas per primam partem pcedentis pō b bis aut quēcūqz numerum ut d  
equalem b. Et scōam partem per pcedentis secūdam partem: nec ut demonstratur est difficultas.

**¶ Si fuerit pportio primi ad secūndum maior qz tertii ad quartum: qui ex primo in 27**  
quartum producti: maior est producto ex secundo in tertium. Si pductus ex pmo  
in quartum sit maior: et pportio primi ad secūndum maior erit.



**S**it a ad b pportio maior q̄ c ad d: dico p̄mo qd̄ sit ex a in d maior esse eo qd̄ sit ex b in c. Secundo si qd̄ sit ex a in d maior est eo qd̄ sit ex b in c pportione a ad b maiorem esse pportione c ad d. Primum patet et duco a in d et pueniat e et b in c et pueniat f: dico e maiorem esse f. Duco p̄terea b in d et fiat g. quia g a in d producit e et b in d producit g: ergo per octauam huius q̄ pportio a ad b ea est e ad g et q̄ f sit ex b in c et g ex b in d: per septimā huius q̄ pportio c ad d ea est f ad g. mōstratū est igitur ut que pportio a ad b: ea sit e ad g. et que c ad d: ea sit f ad g. At pportio a ad b posita ē maior pportioe c ad d: ergo pportio e ad g maior est pportioe f ad g. ergo per nonā huius e maior est f qd̄ est p̄mū. Ecōuerso dico si e est maior f pportione a ad b maiorem esse pportioe c ad d. Nam quia e est maior f: per nonā maior est pportio e ad g q̄ f ad g. At pportio e ad g ea est q̄ a ad b. et pportio f ad g ea q̄ c ad d ut ostensum est. igit̄ pportio a ad b maior pportioe c ad d qd̄ est sc̄dm atq̄ totū ppositū.



**28** **P**ositis duobus numeris an sit tertius cū illis continue pportionalis: perscrutari. **D**atis ergo duobus nūeris ponatur eorū quilibet quē uoles secūdus: quē duc in seipm: si reliquus pductum sc̄dm aliquē numeret numerus sc̄dm quē pductū numerabit erit tertius nūerus in p̄tinua pportionalitate ip̄is per uicesimā sextam adiungēdus. Sin reliquus pductum fm aliquē numerū non numerabit: per eādē nullus ip̄is adhibebitur p̄tinue pportionalis.


**29** **D**atis trib⁹ nūeris an sit tertius ad aliquē fm pportioem p̄mi ad sc̄dm: iuestigare. **E**adē facilitate hec pateat. nam datis tribus numeris duc secūdū in tertiu: et si primus numeret pductum fm aliquem: is fm quem productum numerat est per uicesimā quintam ad quem tertius ut primus ad secūdum se habet. At si primus productum fm aliquem non numeret per eādē uicesimā quintam nullus tertio in pportione primi ad sc̄dm adiungetur.

**S**ecundi elementorū arithmetices Jordani finis.

**N**umerus primus dicitur: qui non habet partem p̄ter unitatem. **C**ompositus uero qui habet alium numerum ip̄m numerantem. **C**ōmensurabiles siue cōicātes uocātur: quos cōiter aliquis nūerus numerat. **C**ōtra se primi autē dicūtur: qui a nullo cōiter numerātur excepta sola unitate.


**T**ermini pportionis dicūtur numeri minimi: inter quos inuenitur illa pportio

**1** **O**mnis numerus primus: ad oēm quem non numerat est primus.




**S**it a quicūq̄ numerus primus: dico a ad quēcūq̄ numerū quē numerat esse cōmensurabilē atq̄ cōicāte et ip̄m et quēcūq̄ alterū quē non numerat esse p̄tra se primos. Primum patet nā si a aliquem numerū numerat: illū fm seipm aliquoties sumptum numerabit: quare ip̄e a seipm et alterū nūerabit: erit utiq̄ per diffinitionem cōmensurabilis atq̄ cōicāns ad alterū. Sc̄dm patet: nam si a aliquem numerum non numerat nullus numerus utrūq̄ cōiter numerabit: alioquin numeraret a: et a nō esset primus. quod est p̄tra hypothesim. p̄ diffinitionem igitur a et numerus quem non numerat sunt p̄tra se primi: et a primus ad illum quod est sc̄dm.

**2** **O**mnis numerus compositus: ab aliquo primo numeratur.




**S**it a quicūq̄ numerus compositus pductus ex b in c. aut ergo b aut c est primus: et sic de eo hētur ppositum. aut uterq̄ est cōpositus. qd̄ si sic fiat ergo b ex d i est i iter uterq̄ d et e sit compositus: fiat iter d ex f in g. si iter uterq̄ eorū est compositus: hac rōne in infinitum numeri decrescent. qd̄ est cōtra petitionem et impossibile: nisi deueniatur tādē ad numerum quem nullus alius numerabit. deueniemus igitur tādē ad aliquem numerum quem nullus alius numerabit et p̄pter hoc primū: qui cum erit pars partis: ergo et per uicesimā tertiam primi erit et ps totius. quare per diffinitionem partis numerabit ip̄m totum quod est ppositum.

**3** **O**mnis numerus aut est primus: aut a primo numeratur.




**N**am omnis numerus aut est primus aut compositus. atqui per precedentem omnis numerus cōpositus a primo numerat̄. igit̄ oīs numerus aut est p̄mus aut a p̄mo numeratur. qd̄ intēdit ppositio

**4** **S**i aliquis numerus primus numerum ex duobus pductum numeret: necesse est eundem alterum eorum numerare.



**S**it a numerus pductus ex b in c: quē numeret numerus primus d sc̄dm e: dico numerū primū d numerare alterū duorū b aut c. Et esto non numeret b: dico ip̄m nūerare c. Intelligo enī primū numerū d: sc̄dm b: tertium c: quartū e. quia qd̄ cōtinet̄ sub extremis d et e: equū est ei qd̄ cōtinetur sub med̄is b et c. ergo per secūdam partem uicesime quinte secūdi: d b c e sunt pportionales. ut que pportio d ad b: ea sit c ad e. si ergo b fuerit maior d: etiā et e maior c. ut ex demōstratiōe secūde sc̄di cognoscitur. **D**etractis ergo quoties fieri poterit d et c de b et e relinquantur f et g. eritq̄ per tricesimā primī ut quota pars uel partes f relictā sit d: tota pars uel partes g sit c. q̄ si f relictā sit pars d: cuz d sit nūerus primus f est unitas. quota ergo unitas est in d: tota pars g est in c. ergo per septimā primī quota pars unitas est in g: tota pars d erit in c. numerabit igitur d ip̄m c. At x̄o si f relictus sit partes d: est unitas ut ostensum est: et tote partes erit g ip̄ius c. capiam ergo vnā unitatem ab f que sit h: et vnā partem ab g que sit k: et argumentabor ut prius per septimā primī. quota pars h unitas est ad d: tota ps est k ad c. ergo per septimā primī q̄ta pars h ad k: tota d ad c. quare iter d numerat c. At x̄o si d maior est b per sc̄daz sc̄di: c est maior e. et q̄ q̄ pportio d ad b eadē est c ad e: g p̄ primā sc̄di etiā que pportio b ad d: eadē erit e ad c. quare quota pars uel partes b est ad d: tota ps uel ptes e ad c. **D**iuido g b et e in illas



partes: manifestū est enī cum d sit numerus primus/ vnā partīū b eē vnitatē. capio ergo vnā partīū b que sit f: et vnā partīū e q̄ sit g: q̄a igit̄ quota pars f vnitas est d: tota pars g est ipsius c: ergo per septimā primī quota pars f vnitas ad g: tota pars d est ad c: numerabit igit̄ d ipsū c q̄d iterū ē ppositū

**¶ Si numerū ex duobus pductū tertius numeret: idē alteri illoꝝ erit cōmēsurabilis**

**¶** Sit a numerus ex b in c pductus quē numeret d: dico d alteri numeroꝝ b aut c esse cōmensurabilem. nam aut d est primus: aut cōpositus. si primus: ergo per pcedentē alterū eoz numerat/ quare alteri eoz erit p̄mēsurabilis. si cōpositus: ergo per secundā huius ab aliquo primo numerat d: qui sit e. q̄a e numerat d: numerabit etiā p̄vicesimā tertīā primī a: quare e per pcedentē numerabit b aut c et cū etiā cōter numeret d: sunt per diffinitionē d et alter duoz b aut c quos cōter e idē numerus numerat/ cōmensurabiles: quod intenditur.

**¶ Sūptis quotlibet numeris primis: diuersū ab illis numerū primū esse necesse est.**

**¶** Sint a b c quotlibet numeri primī: dico alterū ab ipsis esse. Dico enī numerū primū in secundū et pueniat d: et tertīū in pductū et pueniat e: et si esset quartus: ducerē ipsū in pductū e: et ita deinceps et quia priores semp̄ erūt partes partīū vltimi pducti: ergo p̄vicesimā tertīā primī et diffinitionē: oēs illi numeri primī numerabūt vltimū pductū: cui addo vnitatē: et sit totus pductus f: qui aut est primus/ sicq̄ cōstabit ppositū. aut cōpositus: qui si fuerit cōpositus: per secundā huius ab aliquo primo numerat qui sit g. et cum g sit primus et nō sit aliqs p̄dictoz: numeraret f cum numeret detractū e vt ostensū est: per duodecimā primī numeraret residuū: numer⁹ scz vnitatē. quod est impossibile: constat igit̄ aliū ab ipsis esse numerū primū.

**¶ Si fuerint duo numeri p̄tra se primī: q̄cūq̄ numerat alterū est ad reliquū primus.**

**¶** Sint a et b p̄tra se primī et c numeret a: dico b et c esse p̄tra se primos: alioquin si c numerat b aut alius quicūq̄ b et c: cum idē p̄vicesimā tertīā primī numeraret a: nō essent a et b contra se primī quod est contra hypothēsim.

**¶ Quicūq̄ numerat numeros contra se primos: et ipsi sunt adinuicem primī**

**¶** Sint a b numerātes c d numeros cōtra se primos: a quidē c et b ipsū d: dico a b eē cōtra se primos nam si sint cōmēsurabiles sit e eos cōter numerās: q̄a ergo e numerabit a etiā p̄vicesimā tertīā primī numerabit c. et q̄a e etiam numerat b per eādē numerabit d. nō sūt igit̄ c d contra se primī: q̄d est contra hypothēsim.

**¶ Numerus cōpositus ex duobus numeris p̄tra se primis: ad vtrūq̄ illoꝝ est primus**

**¶** Sint a et b numeri cōtra se primī: et cōponāt c: dico c ad vtrūq̄ eoz esse primū. nam si est cōmensurabilis vni eoz vt nūero a: numeret igit̄ eos aliqs numerus vt d: q̄a ergo d numerat c et a detractū: ergo per duodecimā primī d etiā numerat b residuū. nō sūt igit̄ a b p̄tra se primī: q̄d est cōtra positū.

**¶ Si duorum numeroꝝ vterq̄ ad tertium fuerit primus: et qui ex ipsis produciē ad eundem erit primus.**

**¶** Sint a b duo numeri quoz vterq̄ ad c sit primus: et sit d pductus ex a in b: dico d esse primū ad c. nā si c et d essēt cōmēsurabiles: aliqs eos vt e cōter numeraret: qui cū numeraret d pductū ex duob⁹ scz a et b: p̄ quartā hui⁹ cōcabat alteri eoz: q̄d p̄ septimā hui⁹ ē impossibile. nō itaq̄ c et d sūt p̄mēsurabiles

**¶ Si fuerit duo numeri p̄tra se primī: q̄ ex alto i se ducto pducit̄ ad reliquū erit prim⁹**

**¶** Sint a et b p̄tra se primī: et a in se ductus pducatur c: dico c esse primū ad b. capio d equale a: et q̄avter q̄ a et d est primus ad b: ergo per pcedentē qui sit ex a in d est primus ad b. sed qui sit ex a in se: equat̄ ei qui sit ex a in d: igitur qui sit ex a in se est primus ad b. quod est p̄positum.

**¶ Si fuerint duo numeri contra se primī: qui ex eis in se pducenē erūt adinuicē primī. Si iidem in pductos ducant̄: et qui inde pducētur erunt cōtra se primī. Sicq̄ deinceps si principia in pductos ducantur: pducti erunt incommensurabiles.**

**¶** Sint a et b cōtra se primī: ducant̄ a in se et fiat c: et b in se et fiat d: dico c d esse cōtra se primos. Item dico si a ducatur in c et fiat e: et b in d et fiat f: similiter e f eē incōmēsurabiles atq̄ cōtra se primos. et si iterū duxeris a in e et b in f/ qui pducenē esse cōtra se primos: et hoc quoties feceris ita euenire. Primū patet: nam per pmissā quia a est primus ad b et c fit ex a in se: per pcedentem c est primus ad b et quia c est primus ad b et d fit ex b in se: per eādē c est primus ad d quod est primū. P̄terea q̄a vterq̄ a et c est primus ad b: igitur per decimam e qui ex ipsis produciētur est primus ad b. quia igit̄ e b sunt contra se primī: et d produciētur ex b in se: per pcedentem e etiaz est primus ad d. cum itaq̄ vterq̄ duorum b d sit primus ad e vt monstratum est: igitur per decimam f qui sit ex ipsis scilicet ex b in d est primus ad e. et ita q̄tūcūq̄ series pcedat cōcludē. et hoc est scdm. ¶ Ex huius prima parte cognoscit̄: tetragonos quoz latera incōmensurabilia sunt esse incōmensurabiles. et ex secundā: tetragonas incōmensurabiles esse quarū latera sunt incōmensurabilia. et cōtra demonstrare p̄romptū est si latera sunt cōmensurabilia: tetragonos et tesseras esse cōmensurabiles. Et sint a b latera cōmensurabilia et c tetragonus a: et e eius tessera. d tetragonus b: et f eius tessera: quia a b sūt cōmensurabiles: ergo ē nūerus cōter eos numerās qui sit g: quia g numerat a: ergo per vicesimā tertīā primī numerat c et e: et quia etiā g numerat b: per eandē vicesimā tertīā numerat d et f. sūt igit̄ tetragoni c d: itidē et tessera e f adinuicē cōmensurabiles. sed de his hactenus: quoz in sexto huius vbi de numeris tum quadratis tum cubis agatur exactissima determinatio futura est.

386

85

35

11

7

6

9

8

4

9

3

7

3

72

9

7

64

9

8

125

25

5

4

16

25

4

5

16

25

4

5

16

25

4

5

16

25

4


5



III


13 **¶** Si duo numeri ad aliquos duos vterq; ad vtrumq; fuerit primus: et qui ex eis pro ducitur ad productum ex reliquis erit primus

**¶** Sint a b primi ad c et primi ad d: et ex a in b fiat e et ex c in d fiat f. dico e et f esse inter se primos. na qz vterq; numerus a et b est primus ad c per decimam huius e est primus ad c. et qz iterum vterq; a et b est primus ad d: ergo per eandem e est primus ad d. est itaq; vterq; duorum c et d monstratus primus ad e: quare per eandem decimam f productus ex illis est primus ad e: quod erat demonstrandum.




14 **¶** Si fuerint duo numeri contra se primi minorq; de maiore aliquoties detrahatur: aut relinquatur vnitas aut numerus ad detractum primus

**¶** Sint a b et c contra se primi: a b maior / c minor. detrahatur c de a b aliquoties: sitq; subtractus a et residuum b. dico b aut esse vnitate aut esse numerum primum ad c. Nam si b sit commensurabilis c: sit d illorum commensura. qz d numerat c p vicesimam tertiam primi etiam numerabit a. et qz etiam numerat b per nonam primi numerabit totum a b. non erunt igitur a b et c contra se primi: quod est contra hypothesis.




15 **¶** Cum fuerint duo numeri contra se primi et minore de maiore quoad potest detracto: residuum a prius detracto detrahatur continua hoc pacto detractioe facta: vnitate relinquere necesse est. qz si vnitas residua fuerit: positos numeros incommensurabiles esse conueniet.

**¶** Sint a b duo numeri contra se primi: a maior et b minor: detrahatur b ab a quoties id fieri potest et reliqua c qui detrahatur quoties potest a numero b. et ita continue hoc pacto detractio quoad potest. dico primo tandem relictum tri vnitate. dico scdo qz si hoc pacto continuata detractioe relictum sit vnitas datos numeros esse contra se primos. Primum p3. nam detrahatur b de a quoties potest et relictum residuum sit c: ipsum c relictum minus est b. et p precedentem aut est vnitas aut numerus primus ad b. si vnitas constat quod proponitur. si numerus primus ad b detraho ipsum quoties possit ab ipso b et relinquitur minus c quod sit d. quod quod est id per precedentem sicut est vnitas aut numerus primus ad c. si numerus primus ad c ipsum detraha ab c: quare aut semper decrescet numerus dando minorem ad primum secundum exigentiam precedentis: aut relinquitur vnitas quod est primum. Scdm p3. nam si a et b sunt commensurabiles idem numerus numerabit totum et detractum. quare p duodecimam primi idem numerabit residuum numerus scz vnitate quod est impossibile. quod quidem vt clarius percipias sic considera. si a et b sint commensurabiles d: ergo eos commiter numeret: substrahatur b ab a quoties potest et reliqua c si c sit vnitas cum numerus d numeret b numerabit oem numeratum ab b p 23 primi: quare totum detractum ab a et numerat etiam a vt positum est. ergo p duodecimam primi d etiam numerabit residuum scz c: numerus scz vnitate quod est impossibile. et si c sit numerus qz d numerat totum a et detractum vt probatum est: ergo p duodecimam primi d etiam numerabit c residuum. detrahatur ergo quoties potest c de b et relinqua e. si e est vnitas argumetur vt prius numerus d numerare e vnitate. si vero e sit numerus consistit d ipsum numerabit. et sic procedendo habebis quod quicunq; dabitur vnitas ipsam d numerabit: quod est impossibile. Et ex hac demonstratione elice si duorum commensurabilium alter ab altero quoties potest substrahatur sitq; residuum residuum illis esse commensurabile.




16 **¶** Datis duobus numeris commensurabilibus: maximum eos numerantem inuenire. vnde manifestum est quod ois numerus duos quoscunq; numeras maximum eos numerantem numerabit


**¶** Sint a b duo numeri commensurabiles: a maior et b minor. propositum est maximum numerum ipsos numerantem inuenire. Si enim b numerat a: cum b se etiam numeret ipse est maximum eos numerans. si autem b non numerat a detrahatur b ab a quoties potest et sit relictus c: quod si numeret vtrumq; ipse est numerus petitus. si non numeret detraha ergo iterum c ab b quoties potest et sit relictus d quod erit minor c. si numeret d vtrumq; b et a ipse est petitus. at si non numerat qz non decrescet numerus in infinitum neq; decumbet ad vnitate: qz per precedentem a et b essent contra se primi tandem deueniret ad aliquem qui autem relictum numeret quem primum habebimus dico ipsum esse maximum numerum eos commiter numerantem. nam si eo maior ponatur: accidet p duodecimam primi maiorem numerare minorem: quod est impossibile. Ex hoc correlariu est notum. ponatur enim a b numeri commensurabiles et b minor subtractus ab a quoties potest et relictus c: et c subtractus ab b quoties potest et relictus d quod subtractus ab c nichil relinquat: quod ideo erit maximum numerus a et b per primum: et sit g commiter numerus a b. dico g numerare d maximum numerantem. si enim g sit idem numero d: cum ois numerus seipsum numeret etiam de eo verum est propositum. si est alius ab d non erit maior d. nam d non esset maximum numerus numerans a b verum potius g. erit ergo minor de necessitate: qui quia numerat b. ergo p vicesimam tertiam primi numerabit totum detractum ab a. et cum etiam numeret a: per duodecimam primi numerabit residuum c: et cum numeret c per vicesimam tertiam primi numerabit totum detractum a numero b. et cum numeret b: ergo per duodecimam primi numerabit residuum scz d: quod est propositum.



17 **¶** Propositis quolibet numeris adiuicem propositis maximum eos commiter numerantem reperire.

**¶** Sint a b c quolibet numeri adiuicem propositi. propositum est maximum numerum eos numerantem inuenire. Inuenio enim per precedentem maximum numerantem a et b quod sit d. quod si numerat c: ille est qui petitur alioquin si dabis maiorem accidet p duodecimam primi minorem numerare maiorem. si autem d non numerat c: qz ergo quicunq; numerat a b c numerat a b. et quicunq; numerat a b p correlariu precedentis numerat d maximum numerum eos numerantem. ergo d et c sunt commensurabiles. inuenio ergo p precedentem maximum numerum numerantem c et d quod sit e quem dico esse maximum numerantem a b c. nam si sit quicunq; alius maior e eos commiter numerans: is sit f. quia ergo f numerat a b p correlariu precedentis numerat d maximum eos numerantem. et quia numerat d et etiam c per positum: ergo per idem correlariu numerat e maximum eos numerantem. at f ponitur maior e. numerat igitur maior minorem: quod est impossibile. relinquitur igitur e esse maximum numerantem a b c et propositum.






**Quilibet duo numeri in sua proportione minimi: sunt contra se primi.** 18

**Sint a b duo numeri in sua proportione minimi: dico eos esse contra se primos.** nā si sint positi sit cōis eoz mēsurā c q̄ nūeret a fm d et b fm e p septimā scđi q̄ pportio d ad e ea est a ad b. at cū d sit minor a et e minor b non erant a et b in sua proportione minimi: quod est contra positum.


**Numeri quilibet in sua proportione minimi numerant quoslibet in eadem proportione sumptos minorē et maiorē maiorem equaliter.** 19

**Sint a et b minimi in sua proportione: a maior b minor: sintq̄ eiusdē proportionis c d: c quidē maior d minor.** dico a numerare c et b numerare d equalit̄. nā qz vt a ad b ita c ad d: ergo permutatī per tertiā scđi vt a ad c ita d ad b. quota ergo pars vel ptes est a ad c tota pars vel ptes est b ad d. si tota pars constat ppositū a equalit̄ nūerare c et b numerare d. si tote partes ergo p tricesimā primi qz toties erit a in c quoties b in d. et quota pars vel ptes a remāserint in c: tota pars vel ptes b remanebūt in d. subtrahō ergo quoties possum a de c et detract⁹ sit e et residuus f. similif̄ subtrahō quoad possum b de d et detract⁹ sit g et residuus h. qz ergo a nūerat e: et b numerat g equalit̄ atq̄ fm eundē numerū. ergo per octauā scđi que proportio a ad b ea est e ad g: ergo et q̄ proportio c ad d totius ad totū: ea est e ad g detractū ad detractū. igitur p quintā secūdi q̄ pportio c ad d totius ad totum: ea est f ad h residui ad residuū. quare iterum q̄ proportio a ad b: ea est f ad h. at cum f et h relicta sint minora a et b: nō erant itaq̄ a et b in sua proportione minimi: quod est contra hypothesim. constat ergo quoscūq̄ in sua proportione minimos ceteros vt dictum est numerare.




**Si fuerint duo numeri adinuicē primi ipsi erunt in sua proportione minimi.** 20

**Sint a et b numeri adinuicē primi: a maior b minor.** dico eos in sua proportione esse minimos. nā si sint alij q̄ sint in illa proportione minimi: sint ergo illi c d: qz ergo c d sunt in illa proportione minimi p pcedentē numerabūt quoslibet in eadē proportione minorē et maiorē maiorē equalit̄. nūeret ergo c numer⁹ a scđm e et d numeret b secundū eundem numerū e manifestū est qz e numerabit a et b: quare nō sunt a et b contra se primi: quod est contra hypothesim.




**Positis duobus numeris contra se primis si alter ducatur in numer⁹ quē reliquus nō numerat productus quoq̄ ab eodem non numerabitur.** 21

**Sint a b numeri contra se primi et a ducatur in c et proueniat d et b nō numerat c: dico b nō numerare d.** Si ergo b numeret d: numeret ergo ipsum fm e intelligo primū numerū a: secundū b: tertiū e et quartū c. qz ergo qd cōtinetur sub extremis a c equū est ei quod cōtinetur sub medijs b e. ergo per vicesimā quintā secūdi que proportio a ad b: ea est e ad c. qz ergo a b sunt primi per pcedentem sunt in sua proportione minimi: ergo per ante pcedentē a numerabit e: et b numerabit c equaliter: quod est contra hypothesim. positū enim erat b nō numerare c.




**Si numerum a duobus productum tertius numeret: idem alterum eorum numerabit aut erit vtriq̄ commensurabilis.** 22

**Sit a numerus productus ex b in c quē d numeret: dico d numerare b aut c aut esse vtriq̄ cōmensurabilem.** Si enī alteri fuerit incōmensurabilis vt verbi causa b: cū ergo b et d sint contra se primi et b in c producat a: ergo per pcedentē si d nō numerat c neq̄ quidē d numerabit a. at positus est d numerare a. numerat igitur d alterū eoz. Si itaq̄ vni fuerit incōmensurabilis necessario numerat alterū ideo vtriq̄ incōmensurabilis eē nequit q̄ sit vt aut nūeret alterū aut vtriq̄ sit cōmensurabilis et ppositū.



**Numeros minimos: fm proportionē numeroz assignatorū perscrutari. patetq̄ ex hoc maximū duos numeros cōiter numerantē: fm minimos illius proportionis nūerare** 23


**Sint a b in aliqua proportione: ppositū est minimos numeros proportionis a ad b reperire.** aut enim a et b sunt contra se primi et tunc per vicesimā huius illi sunt in sua proportione minimi neq̄ alij q̄rendi sunt. aut sunt cōpositi et tunc per decimā sextam hui⁹ quero maximū numerū eos numerantē qui sit c nūeretq̄ a fm d: et b fm e. p septimā ergo scđi eadē est pportio a ad b et d ad e. dico itaq̄ d et e esse minimos nūeros in illa proportione. si enī sint alij sint f et g: qz f et g sunt minimi in illa proportione. ergo p decimā nonā huius numerat a b: maior maiorē et minor minorē fm eundē numerū qui sit h. intelligo ergo quattuor nūeros: c primū: f secundū: h tertius: et d quartū. qz a cōtinetur sub extremis c d: et idē a sub medijs f h: ergo p vicesimā quintā secūdi q̄ proportio c ad f ea est h ad d. ergo pmutatī per tertiā scđi eadē est pportio c ad h et f ad d. sed f posit⁹ est mior d: ergo et c minor h. tūc sic c est maxim⁹ numerus numerās a b p hypothesim et h positus est etiā numerare a b: ergo h p correlariū decimā sexte huius numerabit c maior scz minorē quod est impossibile. nō dabūtur igitur alij ab ipsis d e in illa proportione minimi quod est ppositū: et in hoc etiam correlariū notum est.



c  
f  
h  
d

**Quilibet duo numeri minimos numeros sue proportionis maiorē minorē et minorē maiorē multiplicantes: minimū ab ipsis numeratum producant. Ex quo constat minimum quē duo numerant: quēlibet ab eis numeratū numerare.** 24


**Sint duo numeri a b multiplicātes c d minimos sue proportionis maiorē minorē et minorē maiorē: dico ipsos minimū ab ipsis numeratū pducere.** nā qz sicut a ad b ita c ad d: ergo per vicesimā quintā scđi qui cōtinetur sub extremis a d equus est ei q̄ continet̄ sub medijs b c qui sit e quem dico esse minimū ab ipsis numeratū. Si enī sit alter esto ergo ipse f quē a fm g producat et b scđm h. positus ergo ordine fminis a b h g: qz qui cōtinetur sub extremis a g equat̄ ei qui cōtinetur sub medijs b h. ergo per vice



simāquintā secundi q̄ proportio a ad b ea est h ad g: quare et q̄ c ad d. et qz a pducit e scdm d et idem a pducit f scdm g. ergo p septimā secūdi q̄ proportio d ad g: ea est e ad f. at cū c ad d sicut h ad g: ergo pmutatum sicut c ad h: ita d ad g. quare sicut c ad h: ita e ad f. sed c numerat h per decimānonā huius ergo et e numerat f: et f positus est minor e. numerat igitur maior minorē: quod est impossibile et propositum. Et ex modo demonstrationis patet correlarium.


25 ¶ Propositis quotlibet numeris: minimū ab eis numeratū inuestigare.

¶ Sint a b c d quotlibet numeri: quoz proponit̄ minimū ab eis numeratū inuenire. quero primo mīnimū quem numerat a et b: q̄ si a numerat b certū est b esse mīnimū ab eis numeratū. et si a et b sunt cōtra se primī duco vnū in alterū. et qz illi sunt p̄mi: ergo p vicesimā hui⁹ erūt in sua p̄portione mīmi p̄ precedentē igit̄ p̄ductus ab ipsis erit mīmus quē numerabūt. at si ipsi fuerint cōcantes sumo per p̄cedentē mīnimū quē numerat q̄ sit e: et cons̄tr̄ cap̄tā mīnimū quē numerat c et q̄ sit f et mīnimū quē numerat d f q̄ sit g quē dico eē mīnimū numez quē numerat a b c d. numerabunt enī eum p 23 p̄mi. at q̄ nō numerēt minorē p3. nā si sit dabilis nūerus minor g quē numerat a b c d sit ille h: qz ergo a b numerat h. ergo p correlariū p̄cedētis e mīmus ab eis numerat⁹ nūerat h. et qz e et c numerat h: ergo p idē correlariū f mīmus ab eis nūeratus nūerat h. et qz f nūerat h et d posit⁹ est etiā ipsum nūerare ergo per idem correlariū g mīmus ab f et d numeratus numerabit h. at h positus est minor g: nūerat igitur maior minorē: quod est impossibile.



26 ¶ Si mīnimū numez a quotlibet numeratum aliquis primus numeret: eundē quoqz aliquem illozum numerare necesse est.

**¶** Sit a numer⁹ multiplicis et b numerus partū superpartientis: sintq; a et b numeri adinuicē primi dico multiplicē superpartientē denominatā ab a et partū b: super simile multiplicē addere proportionē superpartientē. sit enī c denominās partes b manifestū est c esse maiorē b: neq; b ipm numerare duco ergo a in c et fiat d per vicesimā primam tertij b nō numerabit d. addo igitur b super d et fiat e: q; enī e continet c secundū a. et insup partes c sumptas secundū b est proportio e ad c multiplex superpartiens denotata ab a et partium b. sed et proportio d ad c est multiplex dicta ab a: et e addit super d






numerū b qui monstratus est partes d. constat itaq; pportione multiplicē superpartientē dictā ab a: et partiū b addere super similitē multiplicē: vt pponcbat pportione suppartientē: qđ est propositū.

**Sola superparticulariū sesquialtera multiplicē superparticularē procreat.**

59

Est a ad b sesquialtera et b ad c similiter. manifestū est pportione a ad c compositā esse ex duabus sesquialteris et a continet b et eius medietatē que sit d: et b cōtinet c et eius medietatē que sit e. et quia per quintā secundū d ad e sicut b ad c: ergo d continet e et eius medietatē. d ergo et e simul tantū sunt q̄tum c et vna pars dicta ab c. cōtinet ergo a numerū c bis: et vnā eius partē. q̄ a cōtineat c et d et totā differentiā a ad c: quare due sesquialtere cōstituunt multiplicē superparticularē. Secundo ostendit nullā aliā supparticularē duplicatā constituere multiplicē superparticularē. et sūto a b c pportiones alte supparticulares: vt pportio a ad c sit pportio a ad b duplicata. a cōtinet b et partem eius que sit d: quequidē bis sumpta minuit a toto aut seip̄z semel si esset tertia: aut bis si quarta: aut plures fm q̄ minor pars fuerit. et similif b continet c et similitē partem eius que sit e. et qz d ad b sicut e ad c: ergo d ad e sicut b ad c. cōtinet ergo d semel e et eius vnā similitē partem: ergo d et e simul minus sunt q̄ c. quare a ad c nō est multiplex sed et cū d et e sint contra se primū vt supponim⁹: d et e simul per nonā tertij est primus ad e. sed et per vndecimā eiusdē c etiam erit primus ad d et e simul. ergo d et e simul nō numerabūt c. est ergo a ad c pportio suppartiens: quod est ppositum.



**Multiplex pportio in aliq̄t equals pportiones distribui non pōt pter mltiplices.**

60

Sit pportio a ad b multiplex que diuidatur in quorlibet pportiones equals q̄ sint a ad c: c ad d et d ad b. qz enim b ad d et d ad c et c ad a sunt continue pportiones et b primus per hypothesim numerat a vltimum: ergo per decimā tertiam quarti b numerabit d secundū. quare et d numerabit c et c itidem a. diuisa est igitur a ad b in pportiones multiplices: quod intēdebat.

**Nulla supparticularis pportio in aliquot equals pportiones est diuisibilis.**

61

Sit a ad d quelibet pportio superparticularis: que diuidat si possibile est in pportiones equals a ad b: b ad c: c ad d. capio e f g h pportiones in minimis terminis pportionis a ad b: et per equam proportionalitatē que pportio a ad d ea est e ad h. sed a cōtinet d et eius partē: igitur et e cōtinebit h et eius partē que sit l: que si fuerit numerus cū l: numerabit h et etiā e. ergo h et c nō erunt minimi quod per quintā quarti repugnat hypothesi. alioquī si l: est vnitā est pars denotata ab h. addo ad h vnitātē: sitq; cōpositus l: eritq; que pportio a ad d ea l ad h. ergo per duodecimā quarti quot medij pportiones interciderūt inter a et d: totidē et inter l et h sola vnitāte distātes: qđ est ipossibile. Ex hac cognoscit tonus in musica qui ex sesquialtera pportione nascitur: in duo equa parti nō posse.

**Superpartientē pportione que duplicata suppartientē constituat: inuenire.**

62

Sumo quālibet pportione que minor sit dupla quā per quinquagesimā quartā huius partioz in duas superpartientes quarū minor si dupletur efficietur pportio minor dupla: quare qualibet multiplice. que qz per precedentē nō erit superparticularis alioquin superparticularis in duo equa secaretur: constat eam esse superpartientē: factumq; esse propositum.

**Multiplicē supparticularē q̄ ex duab⁹ suppartientibus equalib⁹ pponat: reperire.**







63

Sumo secundū exigentiā decime octauī quadratos a et b pter primos quozū a addat super duplū b vnitātē manifestū est pportione a ad b esse multiplicē superparticularē. at ex illa decima facile cognosces pportione lateris a ad latus b esse superpartientē. sumo ergo secundū exigentiā correlarij quarte sexti mediū proportionale inter a et b: eritq; per tertiā eiusdē sexti pportio a ad c tanq; pportio lateris a ad latus b. quare constat pportione multiplicē superparticularē a ad b compositā esse ex pportionibus a ad c et c ad b duabus scz equalibus suppartientibus: qđ est propositū.

**Superpartientē inuenire que duplicata multiplicē superpartientē constituat.**


64

Sit a quilibet impar et b proximus par maior cuius medietas sit c. capio superpartientē sumptā a partibus denominatis ab a et numeratis ab c: quam duplicatā dico esse petitam. nam si illa in se ducatur proueniet numerus et partes numerate ab a et a quadrato c qui sit et denominatē a quadrato a qui sit d. sed cum a et c sint contra se primū alioquin a et b cōmunicarēt. ergo per vndecimā tertij a est primus ad e: et per nonā eiusdem a et e simul sunt primus ad a. quare a et e simul per vndecimā eiusdē sunt primus ad d. ergo partes numerate ab a et e nō numerabūt d. quare pportio superpartiens que assignata erat duplicata cōstituit multiplicē superpartientē. Si hec demonstratio tibi suboscuro vis detur pro hac et sequētib; declarationē accipe. qz enī in presenti superpartiens inuenta erat superbipartiens tertias que denominat ab vno et duabus tertiis. duc ergo denominationē superbipartientis tertias per octauā huius in denominationē superbipartientis tertias scz ducēdo primo duas tertias in duas tertias. et per quartā huius prouenit quattuor none. secūdo duas tertias in vnū et prouenit vnum: habebitq; quattuor nonas duas et duas tertias et vnū: sed due et due tertie: id ē quattuor tertie faciunt vnum integrū et vnam tertiam: quod quidē vnum alteri vni additū constituit binarium et vna tertia est tres none: quod per secundā huius facile cognoscas. que siquidem tres none aliis quattuor nonis primo inuētis addantur fiunt septem none. Patet itaq; pportione superbipartientē tertias duplicatā: constituere duplam et superseptupartientē nonas que est multiplex superpartiens: vt proponebat propositio: quod est propositū declaratum.




65 **C** Multiplicem superparticularem inuestigare: que multiplicem superparticularem duplicata producat.

**C** Capio a numerū quēcumq; quem duco in se et proueniat b cui addo unitatē: sitq; totus c manifestū est proportionē c ad a esse multiplicē superparticulare: que si in se ducatur est rātum q̄tum a in se et in partē bis et pars in se: sed a in se et in partem bis numerū producit: et pars in se producit partē. igit̄ quod producitur est numerus et pars. erit itaq; proportio composita multiplex superparticularis. Posses item probare ut quinquagesimānonam huius.




66 **C** Multiplicem superparticularem inquirere: que bis sumpta multiplicem superpartientem componat.

**C** Sit quilibet impar a et b proximus par et eius medietas sit c. sumo multiplicē superparticularem cuius multiplicis numerus sit c et pars dicta ab a. que proportio sit d ad e: dico proportionem multiplicem superparticulare d ad e bis sumptā constituere multiplicē superpartientē. nam si hec in se ducatur pueniet quadratus c et partes similes sumpte fm b et pars a quadrato a dicta. ille autē partes vnum constituūt et vna supfluit cū illa. et q; ille due partes per duodecimā huius vnā non cōstituunt productum erit numerus et partes. quare proportio composita erit multiplex superpartiens. et in proposito esset quincupla superquadrupartiens nonas.



67 **C** Multiplicem superpartientem perscrutari: que duplicata multiplicem superparticularem componat.

**C** Sumo per sexagesimātertiam huius superpartientē que duplicata multiplicē superparticulare cōponat et numer⁹ denominās partes sit a et numerās sit b et vno maior q̄ a sit c: atq; ducatur in a: et producto addatur b. sitq; totus d manifestū proportionē d ad a esse multiplicē superpartientē cui⁹ numerus denominās multiplicis est c et denominās partū est a et numerus earū est b: quā duplicatā dico esse multiplicē superparticulare. nam denominatio ipsius in se ducta producet numerū et partē quod ut in precedentibus videre promptum est.




68 **C** Multiplicem superpartientem: ex qua geminata multiplex superpartiens proueniat: demum restat inspicere.

**C** Queratur per sexagesimāsecundam huius superpartiens que geminata multiplicē superpartientē constituat: qua inuenta ut in precedente procedendū est.

69 **C** Datam proportionem in proportiones: quarum quotlibet sint superparticulares equales redigere.

**C** Sint minimi termini date pportionis a et b: sitq; c numerus fm quem sumēde sunt superparticulares equales. deinde maior c ducatur in a et in b et fiant d et e: ita tamen ut inter d et e sint plures numeri q̄ unitates in c et primus post d qui erit maximus eorū sit f. manifestū est pportionē f ad d esse proportionem superparticulare et minimā omnium que continue sunt inter numeros ab d vsq; ad e: q; denominata est a minore parte. continuo proportionē f ad d vno plures q̄ sit numerus c: sintq; g h l l m: eritq; proportio h ad m composita ex pportionibus f ad d sumptis secundū numerum c. et quia d per decimānonam tertū est aliquoties in h sit e toties in n manifestū est h ad n eē ut d ad e. quare ut a ad b. constat ergo proportionē a ad b esse diuisam in pportiones quarū aliquot sumpte erunt equales superparticulares secundū numerum assignatū: quod est propositū.



70 **C** Propositis quotlibet equalibus terminis et illis totidē in ordine duplos: atq; ex illis triplos procreare: atq; ex prius inuētis totidē in proxima multiplicitate cōnue pportiones producere. itemq; ex illis similes elicere superparticulares.


**C** Figura equalitatis quotcumq; terminorum equalium.

	S	E	R	A	R	A	A	16	16	S	E	R	A	R	A	A	16	16	16	
	E	Q	A	R	T	A	S	4	4	4	E	Q	A	R	T	A	S	4	4	4
Equaita:	A	1	1	1	1	1	1	tes.	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	
Dupl.	B	1	2	4	8	16	32		1	2	4	8	16	32	64					
Tripli.	C	1	3	9	27	81	243		1	3	9	27	81	243	729					
Quadrupli	D	1	4	16	64	256	1024		1	4	16	64	256	1024	4096					
Sesq̄teri.	E	32	48	72	108	162	243		64	96	144	216	324	486	729					
Sesq̄titi.	F	243	324	432	576	768	1024		729	972	1296	1728	2304	3072	4096					
Sesq̄rti.	G	1024	1280	1600	2000	2500	3125		4096	5120	6400	8000	10000	12500	15625					
		D	R	T	M	A			D	R	T	M	A							

**Figuratrine equalitatis:**

- Precepta sunt hec.**  
 1 Primum.  
 2 Primum/secundum.  
 3 Primum secundum bis/tertium

		1	1	1	qua	2	2	2	li	3	3	3	tas	4	4	4
Tuna	e	A	1	1	1	2	2	2	li	3	3	3	tas	4	4	4
Dupli.		B	1	2	4	2	4	8		3	6	12		4	8	16
Tripli.		C	1	3	9	2	6	18		3	9	27		4	12	36
Quadrupli		D	1	4	16	2	8	32		3	12	48		4	16	64
Dupli conuersi		E	4	2	1	8	4	2		12	6	3		16	8	4
Sesquialteri.		F	4	6	9	8	12	18		12	18	27		16	24	36
Tripli conuersi.		G	9	3	1	18	6	2		27	9	3		36	12	4
Sesquitertiu.		H	9	12	16	18	24	32		27	36	47		36	48	64
Quadrupli conuersi.		I	16	4	1	32	8	2		48	12	3		64	16	4
Sesquiquarti.		K	16	20	25	32	40	50		48	60	75		64	80	100
			M	H		M	H			M	H			M	H	



**P**ythagorici/Magi/Priisci sacerdotes atq; qui p̄cipue de rebus agunt diuinis admiratur equalitate pariter ⁊ trinitate in suis archanis in imagine numeroꝝ veneratur taciti: tanq̄ rerum omnium p̄cipia: a quibus ois reru p̄ofuit p̄portio: p̄portioꝝ nexus: oisq; admirabilis harmonia et in que tandem reuocatu eunt oia. Propter ergo mysteria p̄isicoꝝ qd̄ autoꝝ generalius int̄dit: p̄imu in trina demost̄radum e equalitate. ad qd̄ quide rite peragendu tria satis sunt vbiq; vet̄ p̄cepta a Diuo nob̄ anotata Severino. P̄imu est: P̄imu. Scdm̄ est: P̄imu/secdm̄. Tertiu est: P̄imu/secdm̄ bis/tertium. Sint ergo a o p̄ tres termini equales quicq; vt monadu dyadu/triadu aut cuiuscq; alterius numeri voles. Et oꝝ primo p̄cepto capioq; p̄ima vnitatem qua colloco sub p̄ma sitq; b. deinde v̄do scdo p̄cepto capio p̄ima ⁊ scdam simul: quas colloco sub scda. sintq; m et v̄do tertio p̄cepto: capio p̄ima ⁊ scda ⁊ bis: et tertiam semel: quas colloco sub tertia sintq; n. dico b m n p̄tinue ex equalitate natos duplos. Ita cu a p̄ima vnitatis ⁊ b sint id̄: et p̄ima et scda vnitatis sint dupli ad p̄ima vnitatem a et p̄ma ⁊ secunda vnitatis sint m: ergo numerus m duplus e ad b: et cu scda vnitatis bis supra equat m et sicut p̄ima ⁊ tertia simul equentur m ⁊ n sit scda vnitatis bis et p̄ma ⁊ tertia semel. ergo n duplus est ad m. sunt igit b m n p̄tinue dupli ab equalitate scz que admodu dictu est p̄ime geniti. Potes id̄ mōstrare p̄vice sima et sexta secundi. Ita qz a ad o: vt o ad p. ergo p vice sima secundi o et p ad a ⁊ o vt o ad a. et qz o ⁊ p ad a et o: sicut o ad a. ergo p sexta eiusde secundi o p et a o: ad a ⁊ o sicut o et a ad a. at o p et a o simul sunt n et a ⁊ o sunt m et a est id̄ b. igit b m n cōtinue p̄portio n̄tur: sed m ad b cognit̄ est duplus igit et n ad m duplus. Et in oibus sequētib; hic argumētandi modus e efficax. Et quonq; trina capiet terminoꝝ equalitas: ead̄ valeat argumēta. Scdo dico ex b m n duplis cōtinue p̄creari triplos. capio equale b et colloco sub b in tertia linea sitq; c. deinde capio b m sit ⁊ colloco sub m sintq; m tertia linee rursus capio b m bis et n ⁊ colloco sub n: sitq; suo modo n. dico c m n tertia linee eē triplos. Ita per vice sima scdi adiunāte sexta eiusde c m n sunt cōtinue p̄portio n̄tur: sed et qz c equatur b ⁊ m superius duplus e ad b: igit b et m superius sunt triplus ad b. sed b ⁊ m superius sunt m inferius: igit inferius m ad c tripl̄. quare n ad idem m etiā triplus. sunt igit c m n cōtinue tripli. et eiusde p̄ceptis ⁊ demost̄rationib; ex triplis nascetur quadrupli. ex quadruplis quicupli. ⁊ ex cōsequētib; hoc pacto multiplices oēs qui libet ex p̄imo minore. Tertio dico ex multiplicib; cōtinue nasci sup̄particulares. vt ex duplicib; sesquialteri ex triplis sesquitertiu. ex quadruplis sesquiquarti. ⁊ ita p̄sequētes sup̄particulares per ordinē ex naturalib; p̄tib; multiplicib;. Couerto duplos q̄ reperti sunt: sintq; conuersi e m n: eritq; e ad m duplus et m ad n duplus: quare m dimidiu e. Capio equale e qd̄ sit f ⁊ colloco sub e. deinde capio e m simul et colloco inferius sub m: sintq; m inferius. rursus capio e m bis ⁊ n simul: et colloco inferius sub n sintq; itid̄ inferius n. p̄ vice sima secudi adiunāte sexta eiusde f m n cōtinue p̄portio n̄tur. sed cu e ⁊ f equentur et m sit dimidiu e: ergo e m simul cōtinet totum e ⁊ dimidiu. quare e m ad e per diffinitionē e sesquialt̄ sed e m simul sunt m inferius. ergo m inferius est sesquialter ad f. quare ⁊ n ad m etiā sesquialt̄ qd̄ est p̄positu. et ita eiusde p̄ceptis expedi de sesquitertiu/ sesquiquarti/ sesquiquitis ⁊ reliq; sup̄particularibus couertēdo tertios suar multitudinū. Hunc id̄ superest demost̄randu qd̄ autoꝝ int̄dit sumptis quocūq; termis. Quotq; sumpti fuerit termini equales: dupli cōtinue nascetur si cōtinuat; rite vtamur sup̄ioribus p̄ceptis. p̄mo quide capiēdo p̄imu terminu et collocādo sub primo. Et scdo capiēdo p̄imu et scdm̄ ⁊ collocādo sub secudo. Et tertio capiēdo p̄imu scdm̄ bis et tertiu: et collocādo sub tertio. deinde intelligēdo tertia quartā et quinta equalitatem cōtinue sumi fm numeroꝝ tertiu extremi subter collocati. et resume p̄cepta primo capiēdo p̄imu terminu trine equalitatis ⁊ collocādo sub tertio imo iam collocatu reperies. Secudo capiēdo p̄imu et scdm̄ ⁊ collocādo sub quarto. Et tertio capiēdo p̄imu scdm̄ bis et tertiu ⁊ collocādo sub quinto. et secundū numeroꝝ illius quinti termini subter collocati intelligo iteru cōtinue tres tertios equalitatis scz quintu sextu et septimu. et resumtis p̄ceptis cum quinto iam habito: perficio sextu et septimu inferiores terminos et secundū exigentiā septimi extremi intelligo rursus trine equalitatis terminos: scz septimu octauu et nonu et a singulo quoq; tertio loco cōiunctim trinā equalitatem intelligo cuius quilibet terminus intelligit̄ secundū numeru extremi in singulo quoq; loco subter venietis. et si id̄ placet in infinitu extendi libet. ⁊ dico cōtinue collocatos eē duplos. id̄ resumtis demost̄rationibus quoties erunt resumpte equalitatu trinitates: sicut et superiora facillime demonstrabis. Si cupis triplos eodem ferme modo nascetur de duplis. Id̄ solum obseruandū est vt in tertiis quibusq; locis cōiunctim capiant termini triploꝝ a tribus duplis qui nas-

cuntur ex trina equalitate terminorū sumptorum secundū numerū tertij cuiusq; extremi triplorum, et quadrupli cōsimiliter a triplis acceptis cōtinue tribus triplis secundū exigentiā equalitatis tertij extremi triplorū et hac analogia in consequētibus multiplicibus. Et sesquialteri sesquitertij sesqui-quarti et consequētes nascentur cōuersis duplis triplis quadruplis et consequētibus sumptis simili obseruantia duplis conuersis triplis quadruplis et reliquis quoties oportet a trina equalitate: sed quorū multipliciū conuersorū primum atq; maximū extremorū equetur singulo quoq; tertio supparticulariū et vbiq; vt in precedētibus est idem demonstrandi modus.

71 **D**atis superparticularibus vel multiplicibus supparticularibus multiplices superparticulares et superpartientes: datis vero superpartientibus aut multiplicibus suppartientibus superpartientes et multiplices superpartientes procreare.

d	e	f	
4	6	9	Supparticulares
4	10	25	Multiplices supparticulares
a	b	c	particulares

**S**int a b c supparticulares termini et sumatur a semel et sit e primus numerus et a semel b semel et sit f secundus numerus et ita secundū trine profectionis precepta vt in precedēti factū est et pueniāt d e f qui vt in precedēti erunt continue pportionales. at per decimā octauam huius proportio e ad d est multiplex supparticularis: igit et f ad e. erunt igitur cōtinue d e f multiplices supparticulares. et eodē modo ex multiplicib<sup>9</sup> supparticularib<sup>9</sup> nascētur multiplices supparticulares. Si vero cōuersis terminis ab c incipias per eandē decimā octauā huius proueniēt cōtinue superpartientes. sicq; constat primū. Secundū verō eodē modo patebit per decimā nonam huius dato ordine superpartientū aut multipliciū suppartientū. nam si aggregatio a minori incepta fuerit per dictā decimā nonam proueniēt multiplices superpartientes. si a maiori termino: proueniēt superpartientes: sicq; constat ppositum.

**E**x duab<sup>9</sup> vltimis cōclusionib<sup>9</sup> colligē potes. Ex equalitate prime nasci duplos. Ex duplis triplos. Ex triplis quadruplos: et hoc pacto de reliq; multiplicib<sup>9</sup> sequēter. Et ex multiplicib<sup>9</sup> conuersis nasci supparticulares: vt ex duplis sesquialteros. Ex triplis sesquitertios: et ita de cōsequētibus supparticularibus ex sequētibus multiplicib<sup>9</sup>. Et ex supparticularib<sup>9</sup> multiplices supparticulares: vt ex sesquialteris duplos sesquialteros. Ex sesquitertis duplos sesquitertios: et hūc in modū de reliquis. Ex multiplicibus supparticularib<sup>9</sup> itidē multiplices supparticulares: sed ex duplis supparticularibus tripli supparticulares. Et ex triplis supparticularib<sup>9</sup> quadrupli supparticulares. Ex supparticularib<sup>9</sup> et multiplicibus supparticularib<sup>9</sup> cōuersis superpartientes: vt ex sesquialteris supbipartientes. Ex sesquitertis suptriparties. Ex duplis sesquialteris et ex duplis sesquitertis cōsist supbipartientes et suptriparties. Ex superpartientibus multiplices superpartientes: vt ex supbipartientibus duplas supbipartientes. Ex suptripartientibus duplas suptripartientes. Ex multiplicib<sup>9</sup> superpartientibus: itidē multiplices superpartientes: sed ex duplis triplis aut quadruplis superpartientibus: tripli quadrupli aut quicupli superpartientes. Ex cōuersis superpartientibus aut multiplicib<sup>9</sup> superpartientibus: nascūtur superpartientes. Et ex tribus preceptis hec vbiq; latissime patēt. et expressa quācumq; voles longa series supparticulariū cōtinue pportionaliū si cōtinue tria pcepta tribus et tribus terminis seriei aptādo pcedis: nascētur multiplices supparticulares sed solū per tres et p tres cōtinue pportionales. et eodē pacto conuerso ordine nascētur superpartientes sed solū in tribus et tribus terminis cōtinue pportionales. at de his hactenus.

72 **D**atas superparticulares in multiplices atq; easdem in miores multiplices donec ad equalitatem perueniant: reducere.

l	m	n
g	h	l
9	12	16
a	b	c
9	3	1
d	e	f

**I**do aduertere licet pportiones in illas tm̄ resoluī ex qbus procreā. Quo fit vt in oibus idē resoluendi modus appareat: in qbus idē erat modus pcreādī. Sint a b c dati termini cōtinue supparticulares et sit d equalis a et primus nūerus: et ab b tollat d et remaneat e et de c tollatur d et e bis et remaneat f. dico d e f esse cōtinue pportionales et multiplices. q; sint cōtinue pportionales declaraf. caplo enī g h l tres terminos in cōtinua pportione d ad e: q; ex illis superiori aggregādī modo pueniēt erunt ex pcedētibus cōtinue pportionales et sint l m n. et q; l ad g sicut a ad d et m ad h sicut b ad e. et ita pnter igitur d e f sunt cōtinue pportionales. et q; b ad a p hypothesim est supparticularis p decimā septimam huius erit e ad f simili denoationis multiplex. quare supparticulares date: sunt in suas mltiplices reducte. si itaq; superparticulares date erant sesquitertie resolute sunt in triplas si sesquialtere in duplas q; si reducte sint in triplas eodē modo quo prius adiuuante septuagesima huius probabis illas multiplices reduci in duplas et duplas in equalitatē: quod est ppositum.

73 **M**ultiplices superparticulares in superparticulares: et multiplices superpartientes in superpartientes resolucere.

**S**int a b c tres fmini multiplices supparticulares. et d equalis a q; substrahat ab b et relinquatur e et eo mō quo in precedēti substrahatur. si b ad a erit multiplex supparticularis vtriq; ab eodē nūero denoatus p quadragesimā primā huius factū erit ppositū. et ita de superpartientibus. At si multiplex sit maioris denoationis nō fiet hoc pma resolutione: sed resoluem<sup>9</sup> primo in multiplices vno minoris denoationis denoatione partis semper eadē manente: donec ad hoc veniamus vt eadē sit denoatio multiplicis et partis sicq; quod pponitur facile apparebit.

**Q**uālibet superpartientes in superparticulares reduci est possibile.

9	15	25
a	b	c
9	6	4
d	e	f

74 **I**tem q; per septuagesimā primā huius superpartientes ex supparticularibus nascūtur. ideo sint a b c huiusmodi superpartientes et d equetur a: substrahaturq; d ab b et relinquat e et d et e bis ab c: et relinquatur f et veniēt per illam septuagesimā primā superparticulares a quibus nascebantur. at non oportet id semper in prima reductione contingere quod tamen nunc cōtingebat. sed aliquādo resoluētur prima resolutione in multiplices superparticulares que per pcedentē in supparticulares tandē reducē: quo facto factū erit ppositū. Aliqñ in superpartientes aut multiplices superpartientes

et multiplex suppartiens per pcedentē reducitur in suppartientē que tēp reducetur in supparticularē ut si detracto d de b remaneat e quē contineat d et eius partes: vel in supparticularē si eo detracto remaneat e quē contineat d et eius partē. at si remaneat e quē contineat d et partes. qz illa detractio in infinitū fieri non pōrvt semp in suppartientes resolnatur aliqñ occurrer supparticularis. factūqz appareret propositū. Occurrer dico tandē superparticularis et nō multiplex: qz ex multiplicibus non imediante suppartientes sed superparticulares per septuagesimā huius gignūtur.

**D**atas proportionē quascunqz ad equalitatem reducere.

**C**lam per septuagesimātertiam huius multiplices suppartientes reducūtur in superpartientes et multiplices supparticulares in superparticulares et per pcedentē suppartientes in supparticulares. et per septuagesimāsecundam huius supparticulares reducūtur in multiplices et mltiplices in alias multiplices donec in equalitatē restitute sint. omnes igitur in equalitatē reducūtur.

Noni elemētoꝝ Arithmetices Jordani finis.

**M**edietas est connectio extremorū: habitudine vtriusqz ad mediū. **M**edietatum quedam sunt principales: et quedam principalibus collaterales.

**P**incipales sunt tres. **P**rima est quādo maioris/medij/ac minoris equalē sunt differētie. et hec dicitur Arithmetica medietas. **S**ecūda est quādo

maximi ad mediū eadē est proportio: q̄ mediū ad minimū. et hec geometrica vocatur

**T**ertia est qñ maximi ad minimū eadē est pportio: que dicitur maximi ad mediū ad differētiā mediū ad minimū. et hec musica nūcupatur. **C**ollaterales sunt octo. **P**rima

est qñ maximus ad mediū sicut dicitur minorū ad differētiā maiorū. **S**ecūda est qñ medius ad minimū: sicut dicitur minorū ad differētiā maiorū. **T**ertia est qñ maximus ad mediū sicut dicitur extremorū ad differētiā maiorū. **Q**uarta est qñ medius ad minimū sicut dicitur extremorū ad differētiā maiorū. **Q**uinta est qñ medius ad minimū: sicut differētiā extremorū ad differētiā minorū. **S**exta est qñ maximus ad minimū: sicut differētiā minorū ad dicitur maiorū. **S**eptima est qñ maximus ad minimū: sicut dicitur extremorū ad differētiā maiorū. **O**ctava est quando maximus ad minimū: sicut differētiā extremorū ad differētiā minorū.

**S**i fuerint tres numeri in arithmetica medietate dispositi: erit maioris ad medium minor proportio q̄ mediū ad minimum.

**S**int a b c tres numeri in arithmetica medietate dispositi quoz maximus sit a: dico a ad b minoz esse pportionē q̄ b ad c. nā per diffinitionē a ad b et b ad c equalē sunt dicitur: qz igitur a et b sunt vt cōpositi ex b et c ipsi additis numeris equalibus scz differētiis eozū. ergo per decimāsextam secūdi pportio a ad b minor erit pportione b ad c: quod est propositum.

**I**n eadē medietate duo extremi cōiuncti tm reddunt: q̄tum mediū duplicatus.

**C**lam p diffinitionē primi ad mediū et mediū ad extremū equalē sunt dicitur: igitur p secūdā primi mediū est extremorū cōiunctoz medietas. duplicat⁹ igitur equat extremis p̄iunctis: qd est propositū.

**I**n eadē medietate quod sub extremis continetur cum quadrato differētie equalē est quadrato mediū.




**C**lam per pmissam duo extremi simul sunt tanq̄ duplus mediū. **P**onat ergo duplus mediū q̄ sit d divisus p duo equalia quoz mediū est vnū: et per duo unequalia q̄ sint a c extremi: et p decimānonā primi erit quadratus b vnus equalium q̄tum quod fit ex a in c cum eo quod fit ex differētiā a ad b in differētiā b ad c. at qz differētie ille sunt equalē: tantum ergo erit quadratū mediū b q̄tum quod cōtinetur sub extremis a et c cum quadrato dicitur mediū ad extremū: quod est propositū.

**I**n eadem quoqz medietate quadrata extremorum: duplum sunt quadrato mediū et quadrato differētie.

**S**int a b c numeri in hac medietate dispositi: sitqz d quadrata a et c. dico d duplū esse quadrato mediū et quadrato dicitur simul. **S**it enī f qd fit ex a in c bis et quadrata b mediū bis sint e: qz enī per secūdā huius a et c cōiuncti tantū sunt q̄tum duplus b. et per decimāquintā primi d et f simul tm sunt q̄tum quadratū totius a c: sed et per eandē decimāquintā e erit medietas d et f simul. igit per secūdā partē secūde primi e ad d et ad f equalē sunt dicitur. igitur per diffinitionē e hac medietate mediū est inter d et f. et qz per pcedentē qd fit ex a in c semel cū quadrato dicitur tantū est q̄tum b in se. igit e addit super f duplū quadrati dicitur: quare et d tantum addet sup e. quare et duplū quadrati differētie b ad a equalē d. igitur quadratus b q̄ est medietas e cū quadrato differētie b ad a est medietas d: qd est propositū.

**T**rium numeroꝝ in hac medietate dispositoz duob⁹ extremis datis: mediū repire.

**S**int a b duo extremi in hac pportione: illos simul addo atqz aggregati sumo medietatē que per secūdam huius erit mediū petitus: factumqz erit propositū.





6 Si fm pportioem medii datoru numeroꝝ ad dñam: sumatur tres núcri in eadem medietate: erit medii illoꝝ ad differētiā: que inter extremos passignatoꝝ pportio.

Sint a b c tres numeri in Arithmetica medietate quoz maximus sit a. et sit d differētia a ad c: et e medietas que est differentia a ad b et differentia b ad c. sumo item in eadem medietate numeros f g h quoz extremoz sit pportio tanq̄ b ad e: sitq; f maximus. dico g ad differētiā f ad g q̄ sit l eam pportionem esse que a ad c. capio enī differētiā f ad h q̄ sit k: cuius medietas sit l. et cōpositus ex f et h sit m. qz enī per hypothesim b ad e tanq̄ f ad h: et b et e sunt a. igitur p sextam secūdi a ad e sicut m ad h. et quia vt dictū est b ad e vt f ad h: ergo pmutatim b ad f totus ad totū: sicut e ad h deductus ad deductum. igitur per quintam secūdi c ad k residuus ad residuum sicut totus ad totū. quare g et vt e ad h: ita c ad l. permutatim ergo e ad c vt h ad l. ergo p vicesimā primam secūdi et equā pportionalitatem m ad l sicut a ad c. ergo qz per scđam huius g sit dimidium m: erit a ad c sicut g ad l: dimidium scđ ad dimidiā differentiam sicut totum m ad l totam differentiam. quod est propositum.




7 Si fuerint tres núcri in hac medietate dispositi: extremoz et medij ad differētiā eandem esse proportionem impossibile est. maiorem v̄o siue minorem: possibile.

Sint tres numeri a b c in hac medietate pstituti: et a maximus: et differentia a ad b / et b ad c sit d. dico impossibile esse eādem pportioem a ad c et b ad d. nam si id possibile foret: ponat̄ ergo vt sit a ad c tanq̄ b ad d. ergo p vicesimā quintam secūdi qd sit ex a in d: equū est ei qui sit ex b in c. at p decimā quartam primi qd sit ex a in d tm̄ est q̄tum qd sit ex d in se et d in b qui sint e et f. sed per eandem b in c tm̄ est q̄tum qd sit ex c in d et c in se qui sint g et h. equabūtur ergo adinuicem e f simul et g h simul. qd est impossibile. qd sic ostēdo. nam p septimā secūdi f ad e sicut b ad d. et per eandem h ad g sicut c ad d. sed p nonā secūdi pportio b ad d maior est q̄ pportio c ad d. igit̄ et pportio f ad e maior erit pportione h ad g. quare si f equet̄ h p eādem e erit minor g. quare e et f non equabūtur g et h. et si f sit mior h ergo p decimā septimā secūdi e etiā erit minor g. quare cōpositus ex e et f duobus minoribus non equabitur cōposito ex g et h. at si f ponit̄ maior h / et cōpositus e et f equetur cōposito g et h: ergo per decimā nonā secūdi pportio f ad e minor erit q̄ pportio h ad g: cui⁹ oppositum mōstratum est. cōstat ergo qd dictū est. Sed extremi ad extremum pportio maior possibilis est q̄ medij ad differētiā si abvitate tres p̄tinue ponant̄ termini qui erūt in hac medietate. et qz extremi scđ ternarij ad vnitatem est pportio tripla: sed medij binarij ad vnitatem (que differētia est) pportio dupla: pstat extremi ad extremum maiorem esse pportioem q̄ medij ad differētiā. et ita si post vnitatem in hac medietate numeri apte discōtinue sumatur. Possibilis est etiā extremi ad extremum pportio mior q̄ medij ad differētiā. nam acceptis quibuscūq; tribus terminis continue post vnitatem: maior erit pportio medij ad vnitatem que erit differentia q̄ extremi ad extremum quoz differentia semp est binarius.




8 Tres numeros in hac medietate inuenire quoz pportionis medij ad differētiā: ad proportionem extremorum differentia sit qualibet data pportione maior.

Sint a et b núcri date pportiois et b maior: addo b ad a et fiat c cui etiā addo b et fiat d. manifestum est d c a esse tres numeros in hac medietate cōstitutos cū b sit cōis differentia d ad c et c ad a: quoz dico differētiā pportionis c ad b medij ad differētiā: ad pportionem d ad a esse data pportione b ad a maiorem. nam pportio c ad a addit sup pportionem c ad b pportionem b ad a. et pportio d ad a est maior pportione c ad a. addet igit̄ pportio d ad a sup pportioem c ad b maius pportioe data b ad a. est itaq; differētia pportiois c ad b ad pportioem d ad a data pportione maior.




9 Si extrem⁹ extremi duplus: erit medius differentie triplus: et cōuertitur. qz si alter a: terius maius duplo fuerit: erit medius minus triplo differentie: et ecōuerso.

Nam si a maximus sit duplus b mimi: erit b duplus differentiaz. quare c ex b et differētia illa cōstitutus eidem differētie erit triplus. et si c est triplus ad differētiā cū pstituat̄ ex illa differētia et b: ergo b erit duplus ad differētiā. quare a pstitutus ex b et dupla differētia que equatur b itez inuenietur duplus ad b. quod est primum. et si a est triplus ad b: idem b equabit̄ vni differētiā. at b et vna equalium differentiaz pstituit̄ c. igitur c duplus est ad differētiā. et si c duplus est ad differētiā erit rursus a triplus ad b. nam si c sit duplus ad differētiā cū sit pstitut⁹ ex differētia et b: differentia illa equabitur b. sed b cum equali differētia bis sumpta pstituit̄ a. igitur a triplus est ad b. et vniuersaliter si maximi ad mimum pportio maior q̄ dupla inueniatur: erit semp mimum ad differētiā minor q̄ duplus. igit̄ et medius ex mimo et differentia cōstitutus ad differētiā minor erit q̄ triplus. Et cōuertitur vt in alijs quoz mōstratum est.



10 Datis quibuslibet duabus pportioibus: fm vtrāq; in Arithmetica medietate tres terminos ordinare: quoz adinuicem differentie sint equales.

Sint minimi termini duarū datarū pportionum a b et c d. et differētie illoꝝ sint e et f. sumo itez g nūcerum aliquem quem cōiter numerent differentie e et f. et sint numeri fm quos ipm numerat̄ h et k. deinde multiplico a et b per h: et pueniāt l et m. et multiplico c et d per k et pueniāt n et o. p septimā secūdi l ad m vt a ad b. et n ad o vt c ad d. et differētia l ad m est g. et silit̄ differētia n ad o est g. si igit̄ g est par: sumo medium inter l et m qui cōstabit ex m et dimidio g. et medij inter n et o qui cōstabit ex o et dimidio g. et erūt tres termini l et m cū suo medio fm pportioem a ad b / et tres alij n et o cōsiderato eoz medio fm pportioem c ad d in arithmetica medietate quoz adinuicem differentie sunt equales



si aut g esset impar dupladi essent l/m/n/et o. et dupla ad g p correlariu septime secudi pueniret dif-  
ferentia. si ergo inter illos medij sumatur tam horu q illoz differentia ad medium erit g. sicq totum  
manifestum erit propositum.

**¶** Quolibet numeros fm Arithmetica medietate sumere: quoz differentie dato 11  
numero non sint minores: extremoz vero pportio sit date pportioni equalis.

**¶** Sint a z b termini date pportionis: et c eoz differentia: et d sit numerus fm quem sumendi sunt  
quotlibet numeri: z e numerus quo non minores debeant esse differentie. multiplico a z b fm nuerum  
vno minorem d z pueniant f et g: quoz differentia c toties nuerabit. sumo ergo media fm differentias  
equales et fiet vt oes numeri sint fm nuerum d. multiplicez item c donec pueniat maior e: et fiat hoc  
fm h. ducoq h in f z g et omnes medios et pueniat k l z medij inter illos. manifestu est extremorum  
pportionem esse pportioni a ad b equalem: et numerum sumptum esse fm d z differentias inter se  
equales et numero e dato maiores. quod est propositum.

**¶** Si sumptis quotlibet nueris in hac medietate: alij totidem eandem habentes dif- 12  
ferentiam maiores minoribus coniungant: numeros equales puenire necesse est.

**¶** Sint a b c d qlibet numeri in hac medietate quoz a sit minimus: z e f g h totidem in hac medietate  
et e illoz maximus: sintq horz et illoz equales differentie. dico a et e simul equari b et f et reliquis hoc  
modo sequentibus. nam quia a z e sunt circumpositi b z f et equales per hypothesim differentie: ergo per  
tertiam primi a et e simul equatur b et f. et hunc in modum de reliquis argumentare.

**¶** Numeros quocunq in hac medietate datos coaceruare. 13

**¶** Hec demostat aggregatoz summam reperire: qua nonnulli pgressioem vocant. si eni sunt in nuro  
pari vt a b c d. e f g h q igit p precedentem a h equatur b g et c f et d e fm seriei medietatem. si ergo in  
coaceruatum ex a z h duobz extremis ducat totius seriei medietas pueniet summa totalis ex oibus  
coaceruata. Et si numerus eoz sit impar vt a b c d e f g erit vnus eoz medius vt d. et eius ad extremos  
a et g eadem erit differentia. quare per scdam primi est medietas a et g/ et similiter medietas b z f/ et  
medietas c z e. numerus igitur seriei oim in ipm ductus oim summam coficit. quod est propositum.

**¶** Si qlibet nueri huius medietatis alij totidē siue cqlibus siue in eadez medietate 14  
sumptis minores mioribus addatur: ppositi quoq fm eadem medietate disponetur.

**¶** Nam siue equales equalibus addatur siue hoc modo nueri quicunq totidem alij in eadem medietate  
constituitis: quia equalibz differentijs equales differentie addetur et tote differentie adiuicem erunt  
equales. quare per definitionem compositi erunt in hac medietate pstituti. quod est propositum.

**¶** Si equales totidem auferant siue ipi ab cqlibus substrahatur: residuum in eadem 15  
medietate inuenietur.

**¶** Nam equalibus de quibuslibet eoz demptis erunt eodem residuoz que z totoz differentie idētidem  
quibuslibet eoz ab equalibus demptis eodem que subtracte p manebunt differentie. igitur per dif-  
finitionem residua erunt in arithmetica pportione. quod intendebatur.

**¶** Si vero de eisdem alij in eadem medietate dati minores a minoribus tollantur: resi- 16  
dui vel erunt equales vel eiusdem medietatis rationem suscipient.

**¶** Hec quodammodo decimequarte et decimequite pcursa est. nam datis a b c in hac medietate maiorz  
bus et d e f minoribus: quoz ad primos differentie sint equales: subtractis d e f ab a b c. residui erunt  
equales: differentie a ad d. quare adiuicem equales. at si numeri sumpti vt g h k non hant singuli ad  
singulos a b c equalem differentiam. qz detractorum z totoz eqles sunt differentie: erunt z residuoz  
equales differentie. et cu residua no sint equalia: inter eos erit hęc medietas. quod est propositum.

**¶** Si quotlibet numeri huius medietatis fm eundem nuerum vel multiplicentur vel 17  
diuidatur: erunt z pducta z diuidentia in hac medietate eodem ordine continuata.

**¶** Sint dati quotlibet numeri in hac medietate: vt a b c qui multiplicetur p e et pueniant f g h z qui  
diuidatur per e et pueniant k l m. dico pducta f g h et diuidentia k l m eodem ordine in hac medietate  
pstinuata. nam qz multiplicatorum a b c differentie sunt equales: ergo per correlariu septime secudi  
et productorum. et etiam per scdm quoz diuidentia l l m numerabunt a b c: z toties differentie nu-  
merabunt differentias et eodem ordine. est ergo notum quod proponitur.

**¶** Datum nueru in quotlibet partes que arithmetica medietate se excedat diuidere. 18

**¶** Sit numerus diuidendus a: et b nuerus fm quem pponit diuidi. Inuenio per decimatercia huius  
numerum ex oibus ab vnitate ad b coaceruatum qui sit c. et qui sit vt partes ab ipso denotate. et resol-  
uas si vis a in cōsimiles partes: dehinc resolutum diuidas per c et reuertetur numerus fm a qui sit d  
per quem multiplica oes numeros ab vnitate ad b qui sunt in hac medietate vt notum est et pueniat  
f g h l partes denotate ab c que per precedentem erunt in hac medietate. et per nonā primi manifestu  
est eas cōstruere a. et sunt sumpte fm numerum b. effectum est igitur propositum.

**¶** Si inter numeros pportioales medij fm hanc medietatem designetur: erit extre- 19  
morum ad illos pportio vna.

40	35	30	25	20
k	8	7	6	5
f				g
a	2	b	1	
c	1	h	5	
d	5			
e	4			

4	5	6	7
a	b	c	d
9	8	7	6
c	f	g	h

8	7	6	5
a	b	c	d
1	2	3	4
h	g	f	e
7	6	5	4
3	2	1	
a	b	c	d
e	f	g	

3	2	1
3	2	1
6	4	2

10	10	10
g	h	k
8	6	4
a	b	c
2	2	2
d	e	f

4	3	2
g	h	k
8	6	4
a	b	c
6	4	2
d	e	f

16	12	8
f	g	h
8	6	4
a	b	c
	2	
	e	
4	3	2
k	l	m



5	k	20
4	h	16
5	g	12
15	f	8
4	e	4

**S**int a b c numeri in hac medietate constituti et similiter totidem d e f: sicut a ad c sicut d ad f. dico a ad b ut d ad e et b ad c ut e ad f. nam si a c et d f sint equales: constat propositum. si non: sint ergo d f maiores et a c minores. quia enim que proportio d ad f totus ad totum: ea est a ad c detracti ad detractum: ergo per quintam secundi differentia d ad f ad differentiam a ad c residuum ad residuum: sicut d ad f totum ad totum quare medietas differentie d ad f que sit h ad dimidium differentie a ad c que sit g per correlariū decime quarte secundi sicut d ad f. et cum que proportio d ad f ea sit a ad c: ergo permutatum d ad a sicut f ad c. cum itaq; f ad c sicut h ad g: ergo per idem correlariū e ad b sicut d ad a. quare permutatum d ad e sicut a ad b. et consiliter probabis f ad e sicut c ad b aut e contra. quod est propositum.



**S**i in geometrica medietate tres numeri statuatur: erit que maximam ad medium: ea differentie ipsorum ad differentiam medii ad minimum proportio.

**S**int a b c tres numeri in geometrica medietate dispositi per definitionem que proportio a ad b ea est b ad c. et sit d f a ad b numerus d. et differentia b ad c medii ad minimum numerus e. dico eandem esse proportionem a ad b et d ad e. capio enim b et ut totum et ut detractum. et quare que proportio a ad b totum ad totum: ea est b ad c detracti ad detractum. igitur que proportio a ad b totum ad totum et maximam ad medium: ea est d f a ad b ad differentiam b ad c per quintam secundi residui ad residuum. quod est propositum.




**I**n hac medietate quod sub extremis continetur: equale est quadrato medii.

**H**ec ex definitione et vicesima sexta secundi statim cognoscitur.


**I**n eadem medietate duo extremi iuncti: maius sunt quam medius duplicatus.

**H**ec itidem statim cognoscitur per vicesimam quartam secundi: sumpto medio per secundo et tertio.




**I**n eadem medietate quanto maximam ad medium maior est proportio: tanto etiam maximam et minimam ad duplum medii maior erit proportio.

**S**int a b c continue proportionales: et d e f idem continue proportionales sed in maiore proportione. dico quod quanto maior est proportio a ad b quam d ad e: tanto maiorem esse proportionem a et c ad duplum b quam proportio e et f ad duplum e. sit enim g differentia a ad b: et h differentia b ad c: similiter k differentia d ad e: et l differentia e ad f. et quo g excedit h sit m: quo h excedit l sit n. quia enim maior est proportio a ad b quam d ad e: ergo per duodecimam secundi a ad d totum ad totum maior est proportio quam b ad c detracti ad detractum. ergo per decimam tertiam eiusdem g ad k residui ad residuum maior est proportio quam a ad d totum ad totum: quare multo fortius quam b ad c detracti ad detractum. quare igitur g ad k maior est proportio quam b ad e: igitur per duodecimam eiusdem g ad b maior proportio quam k ad e. quare per undecimam eiusdem b ad g minor proportio quam e ad k. et per vicesimam huius g ad h maior est proportio quam k ad l. nam g ad h ut a ad b: et k ad l ut d ad e. quare eadem argumentatione qua paulo ante g ad m minor proportio quam k ad n. quare per quintam quinti erit b ad m minor proportio quam e ad n. per eandem igitur dupli b ut o ad m minor proportio quam dupli e ut p ad n. et quare a et c superant duplum b quantum est m: et similiter compositus ex d et f excedit per duplum e quantum est n: ut facile ex precedente cognoscas. et proportio p ad n maior proportione o ad m. igitur per secundam partem decime quinte secundi p et n ad p minor proportio quam o et m ad o. igitur d et f simul ad p proportio minor quam a et c simul ad o. quod est propositum.




**S**i quotlibet numeris in hac medietate sumptis totidem alii eiusdem proportionis maiores maioribus addantur: compositi quoque in hac medietate inveniuntur dispositi.

**H**am si que proportio a ad b et b ad c: ea sit d ad e et e ad f. igitur permutatum que proportio a ad d: ea est b ad e et c ad f. igitur per vicesimam secundi que proportio a ad b: ea erit compositi ex a d ad propositum b e. et compositi b e ad compositum c f. quod est propositum.




**S**i dispositis aliquot numeris in hac medietate numeri equales singulis addantur: erit inter compositorum maiores proportio maior.

**S**int a b c in geometrica medietate dispositi: et d e eorum differentie: et f numerus singulis addendus. quia igitur quo abundat f a super f b est d. et quo abundat f b super f c est e. et per nonam secundi f ad d minor est proportio quam f ad e. et per vicesimam huius permutatum argumentando a ad d ut b ad e: per idem erit f a ad e maior proportio quam b f ad e. itidem et proportio b f ad e maior quam c f ad e. et quia d ad e ut a ad b ut dictum est: et differentia a f ad b f est d. et differentia b f ad c f est e: erit proportio a f ad b f maior quam b f ad c f. et quanto differentia fuerit maior: tanto d f a vnius proportionis super differentiam alterius erit maior.




**S**i quotlibet numeris in hac medietate datis: totidem alii in eadem quidem medietate sed non secundum eandem proportionem sumpti: maiores minoribus addantur: inter compositorum maiores: maiorem esse proportionem conueniet.


**S**int continue proportionales a b c et similiter d e f: sed in minori proportione. dico quod a d ad b e maior proportio quam b e ad c f. Sit enim qd ex a in f perducit g. et qd ex b in e h. et qd ex d in c k. per primam quinti proportio g ad h est d f a ad b super proportionem e ad f. sed et proportio h ad k est per eandem d f a ad b super proportionem d ad e. quare sicut g ad h: ita h ad k. quare per vicesimam secundam huius g et k plus sunt quam dupli h. et quare qd ex a in c et qd ex d in f sunt quantum qd ex b in e et in se per vicesimam sextam secundi erunt ergo eadez cum g et k maius quam quadrata b et e cum duplo h. magis quam qd ex a d in c f quam qd ex b e in se. et ideo maior proportio a d ad b e quam que est b e ad c f per vicesimam septimam secundi. quod est propositum.




**T**ribus numeris in hac medietate sumptis: maximū ad mīnū et mediū ad alteram differentiarum eandem esse proportionem impossibile est. 27



**S**int a b c tres nūeri in hac medietate: et differentie eorū d et e. dico impossibile esse eādē pportioem a ad c et b ad d vel b ad e. nam si esset a ad c sicut b ad e: ergo pmutatim esset a ad b sicut c ad e. et qz per vicesimam huius b ad c sicut d ad e erit pmutatim b ad d sicut c ad e. quare que pportio a ad b ea erit b ad d: sed a ē maior d. igitur per quartam secūdi b maior d. igitur que pportio a ad b maiorem eius portionem erit b maioris portionis ad minorem. qd per vndecimā quinti est impossibile et ppositum.



**T**rium numerorum huius medietatis quo maximū ad mīnū maior est proportio: eo mediū ad quālibet differentiarum proportio minor. 28



**S**i hypothesis vt prius. hoc enī ideo est qz quāto a ad c maior: tanto differentia b ad c erit maior: quare tanto numerus c maior. et ideo pportio b ad e minor sicut quanto a ad c maior: tanto etiā a ad b maior et quāto a ad b maior: tanto d differentia maior. quāto autē d differentia maior: tāto b ad ipam pportio minor. quod est ppositum.

**N**umeros quotlibet in geometrica medietate ptinuare: quorū extremorū pportio non sit data pportioe maior: minorum xō differentia non sit dato numero minor. 29

**D**ivido per sexagesimānonam nonū pportioem datam in pportioes quaz quotlibet sint equales: et si differentia minorum sit equalis dato numero aut maior: effectum est ppositum. si autē minorum differentia sit dato numero minor. duco datum numerum in quēlibet numerum illaz pportionum et factum apparebit ppositum.



**S**i inter numeros eiusdem medietatis: fm arithmetica medietatem mediū statuatur: illi quoqz in geometrica medietate disponētur. 30

**S**int a b c cōtinue in hac medietate dispositi: sitqz d mediū inter a et b: et e inter b et c fm arithmetica medietatem. dico que pportio a ad b: eam esse d ad e. nam p decimānonam huius vt a ad d: ita b ad e. igitur permutatim vt a ad b: ita d ad e. quod est ppositum.

**S**i inter duos numeros mediū duo proponātur alter in arithmetica et alter in geometrica medietate: qui est scdm arithmetica reliquo tanto amplius potest q̄tum est quadratum differentie ipius ad alterutrum extremorum. 31

**A**t inter a et d sint b c duo mediū: scz b in arithmetica medietate: et c in geometrica. dico b amplius tanto posse sup c q̄tū est quadratum differentie b ad a aut b ad d: qd idem est. nam p vicesimāprimam huius qd fit ex a in d im est q̄tum quadratum c. at p tertiam huius quadratum b addit sup id qd fit ex a in d q̄tum quadratum differentie a ad b. igitur et im addet sup quadratum c. quod est ppositum.





**T**res numeros in arithmetica medietate reperire: inter quorū binos et binos scdm geometricam medietatem medios assignare cōtingat. 32

**S**int a et b duo nūeri pares: et b aut equalis aut numerās a. et ppositus ex a et b sit c cuius duplus sit d. ducaturqz a in c et pueniat e. quia p primam septimi cōpositus ex a et c est par: et p duodecimam eiusdē e est par. ergo p sextam eiusdē si ppositus ille detrahatur ab e: relinquetur par. sit ergo par relictus f. et eius medietas g. et cōpositus ex g et c sit h. itemqz h et a cōponat k sintqz l m n quadrati l h g quos dico esse numeros quales querimus. nam p decimāquintam primi l quadratum l h addit sup m quadratum h: q̄tum est quadratum a. et qd fit ex h bis in a. hoc est q̄tum quadratum a et qd fit ex a in d et f. et qd fit ex a in se et in f minuit ex eo qd fit ex a in e q̄tum est qd fit ex a in c. et qd fit ex a in d est q̄tum qd fit ex b in e. et qz qd ex a et b in e equalē ei qd ex c in e: erit qd addit quadratum k sup quadratum h minus eo qd ex c in e q̄tum est qd fit ex c in a. et ex eodem patere potest qz quadratum h addit sup quadratum g q̄tū qd fit ex c in se et in f: qd min⁹ est eo qd fit ex c in e q̄tum est qd fit ex c in a. quare quanto labundat sup m tanto m abundat sup n. quare quadrati l m n sunt in arithmetica medietate constituti. et p correlarium quarte sexti inter l et m est vnus medius pportionalis: et sicut inter m et n. factum est ergo ppositum.

**S**i sumptis tribus terminis in arithmetica medietate mediū inter illos fm geometricam medietatem statuatur: inter quadratos illoz quadratū mediū alioz in arithmetica medietate constare necesse est. 33

**S**int a b c numeri in arithmetica medietate cōstituti p precedentem inuēti inter quos sint d e fm geometricam medietatem. dico quadratū mediū b cē in arithmetica medietate inf quadrata mediōz d et e. nam qz quadratum d p vicesimāsextam secūdi est q̄tum qd fit ex b in a. qz per nonam primi quadratum d addet sup quadratum b q̄tum qd fit ex b in d fiam suam ad a. et sicut quadratum b addet sup quadratum e q̄tum qd fit ex b in d fiam suam ad c. sed b ad a et b ad c equalis est differentia: igitur quadrata numerorum d b c sunt in arithmetica medietate. quod est ppositum.

**O**rdiatis tribus terminis in harmonica medietate: erit maximū ad mediū: q̄ mediū ad minimum maior proportio. 34




Sint a b c tres numeri in harmonica medietate constituti: sit a maximus. dico a ad b maiorem esse proportionem quam b ad c. Sit enim d differentia a ad b: et e differentia b ad c. erit enim per definitionem d ad e sicut a ad c. et per nonam secundi a ad c maior proportio quam a ad b. quare a ad b minor proportio quam b ad c totius scilicet ad totum minor proportio quam detracti ad detractum. ergo per decimam quartam secundi b ad c residui ad residuum minor proportio quam a ad b totius ad totum. quod est propositum.

35 In eadem medietate duo extremi iuncti: maius medio duplicato efficient.

Quam per secundam secundi differentia maiorum est maior quam differentia minorum. sumpto ergo numero minore maximo extremorum qui addat super medium primum medium super minimum: per secundam primum ille cum minimo equabuntur medio duplicato. igitur per eandem scientiam maximus extremorum qui eo est numerus maior cum eodem minimo constituet numerum medio duplicato maiorem. quod est propositum.


36 In eadem medietate quod continetur sub extremis est quantum quadratum medij cum eo quod fit ex differentia in differentiam.

Sint ut prius a b c tres numeri in hac medietate constituti: et eorum differentie d et e. dico quod fit ex c in a esse tantum quantum quod fit ex b in se cum eo quod fit ex d in e. nam quod fit ex c in a est tantum quantum quod fit ex c in b et in d per nonam primi. et per vicesimam quintam secundi quod fit ex c in d est quantum quod fit ex e in a. et quod fit ex e in a quantum quod fit ex e in b et d. et quod fit ex e et c in b per decimam primi quantum quod fit ex b in se. ergo quod fit ex c in a est quantum quod fit ex b in se et e in d. quod proponitur.




37 In eadem quoque medietate quod fit ex medio in extremos: duplum est eius quod continetur sub eisdem.

Quam quod fit ex b in a est quantum quod fit ex c in a et e in a per decimam primi. et quod fit ex e in a quantum quod fit ex d in c per vicesimam quintam secundi et per decimam primi iterum quod fit ex d in c cum eo quod fit ex b in c quantum quod fit ex a in c. quare quantum quod fit ex c in a. est itaque quod asstruitur notum.




38 Inter unitatem et aliquem numerum: siue inter numeros in sua proportione minores secundum harmonicam medietatem non est assignare medium.

Inter numerum et unitatem non assignabitur. nam cum que proportio numeri dati ad unitatem ea esset differentie numeri dati ad medium ad differentiam medij ad unitatem. et omnia numeri dati ad medium minor eest numero dato: oporteret medij numeri dati et unitatis ad unitatem: minorem esse differentiam unitate. de numeris autem in sua proportione minimis idem statim patet. nam cum eadem eest differentie ad differentiam que illos numerorum adinvicem. proportio et eorum differentie sunt minores. illi ergo non essent in sua proportione minimi. quod est contra hypothesein.




39 Secundum datam proportionem: musicam invenire medietatem.

Sint a et b extrema date proportionis: et c differentia eorum: et compositus ex eis sit d. ducatur igitur a et b in d et perveniat e et f. sitque eorum differentia g. quam per nonam primi d numerabitur secundum c. et quia d est tantum quantum a et b ergo c ductus in a et in b facit g. et eo quod fit ex c in a quod fit h: dempto de g remaneat l: que prouocet b in c. sumatur ergo l medius inter e et f cuius differentia ad e sit h: certum est differentiam eius ad f esse k. et quia per septimam secundi h ad k tantum quantum a ad b. et per octavam eiusdem etiam e ad f tantum quantum a ad b. constat ergo per definitionem factum esse propositum.




40 Terminis extremis propositi: medium inter eos secundum harmonicam medietatem reperire.

Sint a et b extrema harmonicam medietatis quorum iubeat medium invenire. capio eorum differentiam que sit c: et compositum ex ipsis qui sit d. deinde duco a in c et perveniat e qui dividatur per b: et dividens sit f. eritque per conversam vicesime quinte secundi que proportio d ad a eadem c ad f. dempto ergo f de c remaneat g. eritque f ad g sicut a ad b. quod ostendo. nam quod sicut d ad a: ita c ad f. ergo permutatim d ad c totus ad totum ut a ad f detractus ad detractum. quare iterum ut a ad f: ita b ad g residuus ad residuum. ergo permutatim a ad b sicut f ad g. sumo igitur inter a et b medium numerum cuius differentia ad a sit f. et quia relinquetur differentia eius ad b esse g: per definitionem constat factum esse propositum.



41 Si inter duos numeros duo statuatur medij: alter secundum arithmetice et alter secundum harmonicam medietatem: qui secundum arithmetice maior est et qui maximus ad ipsum eadem alterius ad minimum proportio.

Sint extremi a b. et medij secundum arithmetice medietatem c. et secundum harmonicam d. dico c esse maiorem d: et eam esse proportionem a ad c quam d ad b. quod autem c maior sit d: statim patet quod per definitionem ea sit proportio d ad a ad d ad d: et d ad b que a ad b. sed d ad a ad c et c ad b equatur: ergo maior erit d ad a ad d quam a ad c. et quod ea sit proportio a ad c que d ad b patet. nam per quintam huius est medietas a et b: si iunctorum et per tricesimam septimam huius quod fit ex d in a et in b prouocitur duplum est ad id quod fit ex a in b. igitur quod fit ex d in c dimidium per secundam primi a et b: equabitur ei quod fit ex a in b. igitur per vicesimam quintam secundi a c b sunt proportionales ut dicitur. quod est propositum.



42 Si inter numeros proportionales medij secundum harmonicam medietatem statuatur: extremorum ad illos erit proportio una.

Sit proportio a ad b sicut c ad d. et sit e medius harmonicam inter a et b. et sit f medius inter c et d. dico a ad e sicut c ad f. Sint enim d: et e h: et k: l. quod proportio a ad b ea est c ad d. et q ad b ea est g ad h. et que c ad d ea est k ad l. idcirco erit g ad h ut k ad l. quare permutatim g ad k ut h ad l. quare per vicesimam

Secūdi g h ad k l sicut g ad k. et itē qz pmutatim a ad c sicut b ad d: erit per idem a ad c sicut g h ad k l quare sicut g ad k. et qz a z c sūt tota et g z k detracta: erit ergo e ad f residuus ad residuum p quāram secūdi vt a ad c totus ad totum. quare pmutatim a ad e sicut c ad f. quod est propositum.

**¶ Si inter duos numeros alij duo medij pportionaliter sumantur: sumaturq; maior fm arithmetica medietate: sumetur minor fm harmonicam. q; si minor fm harmonicam: maior fm arithmetica sumetur.** 43

e ——— 48  
g ——— 36  
h ——— 32  
f ——— 24

a ——— 14  
c ——— 18  
d ——— 16  
b ——— 12

**¶ Sit enim a ad c sicut d ad b. et c maior sit medius fm arithmetica medietatem inter a z b. dico d esse mediu fm harmonicam medietate inf a z b. et pvertitur. Sumo enī p quadragesimā primā hui⁹ e z f q; sint in pportioe a ad b. inter q; sit g fm arithmetica medietate medi⁹ / z h fm harmonicam. quia igif p quadragesimā primā e ad g sicut h ad f. et p decimā nonam hui⁹ e ad g sicut a ad c. q; re cū d ad b vt a ad c: et h ad f vt e ad g. erit g h ad f vt d ad b. sed z qz h est medius harmonicus ad quem f extremum habet eam pportioem q; b ad d: facile p precedentem inuenies d eē in harmonica medietate inter a et b. cōuersum aut facile pbabis per quadragesimā primā hui⁹ ostēdēdo mediu arithmetice medietatis quēcunq; inuentum: esse equalem c maiori.**

**¶ Numeros quotlibet in arithmetica medietate ptinuare: inter quoz binos z binos fm harmonicam medietatem possint assignari medij.** 44

n	189
f	27
g	21
h	15
k	9
m	5
l	3
o	147
t	135
p	105
q	63
r	35
s	21

a ——— 9  
d ——— 7  
c ——— 5  
e ——— 3  
b ——— 1

**¶ At si iubeat continuare tres numeros in arithmetica medietate inter quoz binos z binos possint assignari in harmonica medietate medij. capio a b c totidem numeros in arithmetica medietate cōstitutos: quoz differētia sit par: z inter illos sumatur medij in eadem medietate qui sint d z e. et multiplicentur oēs per e. et pueniant f/g/h/k/l qui p decimā septimā hui⁹ erūt in arithmetica medietate. ducaturq; itē c in b z fiat m. et quia p septimā secūdi que pportio c ad e ea est h ad k. et p octauam eiusdem itē q; c ad e ea est m ad l. et inter h z l numerus k maior est in arithmetica medietate medi⁹. igitur p precedentem m est medius inter h z l in harmonica medietate. multiplicētur itē oēs hi per d: et pueniāt n/o/p/q/r/s et erūt vt prius n/o/p/q/s in arithmetica medietate: et r inter p z s in harmonica medietate. ducatur itē a in h z pueniat t. et eadem rōne qua prius mōstrabis ipm eē mediu in harmonica medietate per precedentem inter n z p. sicq; erūt ptinuati vt ppositum est in arithmetica medietate numeri / factiq; apparebit propositum. ¶ Et si de pluribus ageretur: quoties erit apponendus medius harmonicus: toties faciēda erit modo predicto multiplicatio.**

**¶ Quobus numeris ad alios duos proportionalibus: vtrozūq; alterū inter reliquos medium esse in harmonica medietate: est impossibile.** 45

a ——— 8  
c ——— 6  
b ——— 4  
d ——— 3

**¶ At sit a ad b sicut c ad d: dico c nō eē medius fm medietatem harmonicam inter a z b: neq; b inter c et d. si enī possibile sit: esto ergo c in harmonica medietate inter a z b: et b inter c z d. quia enī a ad b sicut c ad d. et inter a z b et c z d numeros quidē pportionales: pstituitur c z b medij fm medietatem harmonicam. igitur per quadragesimā secūdam hui⁹ erit pportio a ad c sicut c ad b maximi scz ad medium que medij ad mimum. quod per tricesimā quartam hui⁹ est impossibile et propositum.**

**¶ Si tres numeri in arithmetica medietate sumpti aliquem numerum numerent: illi fm quos cum numerant in ordine harmonice medietatis inueniētur.** 46

d	12
a	6
b	4
c	2
e	2
f	3
g	6
h	4
k	6
l	12
m	8

**¶ Sint a b c in medietate arithmetica sumpti: numerētq; d fm e f g. dico e f g esse in harmonica medietate ordinatos. Sint enī tres dupli eoz h k l qui et sīdem erūt vt patebit in harmonica medietate et sit m inter h z l in arithmetica medietate medius. qz enī a in e z c in g cōstituit d: ergo p vicesimā quintam secūdi que pportio a ad c ea est g ad e: et que g ad e per quintam secūdi ea est l ad h. sed per decimā nonam hui⁹ l ad m sicut a ad b. et qz per eadē vicesimā quintam secūdi a ad b sicut f ad e: erit ob hoc l ad m sicut k ad h. sed p quadragesimā tertiam hui⁹ k est medius harmonicē inter l z h. igif et f harmonicē medius inter g z e. quod est propositum.**

**¶ Numeros quattuor perscrutari: quoz secundus inter primum z tertium: z tertius inter secundum z quartum in harmonica medietate cōstituatur.** 47

e ——— 24  
a ——— 8  
b ——— 6  
c ——— 4  
d ——— 2  
f ——— 3  
g ——— 4  
h ——— 6  
i ——— 12

**¶ Sint a b c d quattuor numeri in arithmetica medietate cōstituti qui numerent eūdem numerum e fm f/g/h/k. dico f g h k esse quattuor numeros quoz g secūds est in harmonica medietate inter f z h primum z tertiu. et h tertius itidem eē in harmonica medietate inter g z k scdm z quartum. nam qz tres nūeri a b c in arithmetica medietate pstituti numerant e fm f/g/h: g per precedentem f/g/h sunt in harmonica medietate. et per idem quia b/c/d tres alij arithmetice medietatis numerant eundem e fm g/h/k. ergo g h k sunt in harmonica medietate. est igif vt pponebat g medius harmonicē inter a et h: et h itidem medius harmonicē inter g z k. quod est propositum.**


**¶ Si tres numeri geometricē medietatis aliquem numerum numerent: et illos scdm quos numerant in eadem inueniri necesse est.** 48

d ——— 24  
a ——— 8  
b ——— 4  
c ——— 2  
e ——— 3  
f ——— 6  
g ——— 12

**¶ At sint a b c in geometrica medietate pstituti q; nūerent d fm e/f/g: dico g/f/e in eadem pportione reperiri. nam p vicesimā quintam secūdi vt a ad b ita f ad e: et per eandem vt b ad c ita g ad f. quare erit e ad f vt f ad g: et f in geometrica medietate medius. quod est propositum.**


**¶ Si tres numeri musice medietatis aliquem numerent: illi fm quos cum numerant in arithmetica medietate disponētur.** 49

**H**ec est quersa quadragesimesexte. sint ergo a b c in harmonica medietate dispositi qui numerentur a b c d e f g. dico e f g esse in arithmetica medietate constitutos. Si mo h l l duplos ad a b c qui sicut erunt in harmonica medietate et in medium fm arithmetice medietatem inter h et l. erit p quod a gesimāzimam huius h ad m sicut l ad l. quare sicut g ad f adiuuā vicecima quita secundi. sed et per eādem vicecimāquā scōl cognosces g ad e sicut h ad l. sed h ad m mediu m: sicut g ad f suū mediu et m ad l ut f ad e. igitur per decimānonam huius f medius erit in medietate arithmetica inter g et e. quod est propositum.




**50** Quolibet nūeros in geometrica medietate fm datam pportioem pnuare: inter quoz singulos fm harmonicam medietatem medios assignare sit possibile.

**P**er tricesimānonam huius sumatur fm datam pportioem a/b/c tres numeri in harmonica medietate: et sint d e termini pportionis a ad c. et ducat d in oēs illos et pueniant f g h qui p septimam secūdi erunt in eadē medietate q per correlarium eiusdem septime differētie f ad g et g ad h sint eque multiplices ad d e. ducat q e in c et pueniat l. erit p octauam secūdi f ad h sicut h ad l. Itē ducatur e in b et pueniat l. erit p l ad l sicut b ad c. quare l harmonice medi⁹ inter h et l. sicq habes duos fm datam pportioem geometricē pnuatos: inter quos et duo medij harmonice medietatis sunt inuēti. Si plures desideras duc d in oēs inuētos et e in duos extremos et habebis tres i medietate geometrica pnuatos et inter binozū singulos ea rōne qua prius medios in harmonica medietate sumptos et hoc quoq pacto quotquot voles inuenies.




**51** Tres numeros in harmonica medietate disponere: ita ut iter binos et binos medij fm medietatem geometricam cōsistant.

**S**cōm exigentiam tricesimesecunde huius inueniatur a b c tres numeri in arithmetica medietate pstituti: inter quos sint d et e in geometrica medietate. et sit f numerus quē oēs numerant: numerētq eum fm g h l z m. et patet p quadragesimāsextam huius g/l/z/m eē in harmonica medietate: sed et per quadragesimāoctauam hui⁹ h inter g et l: et l inter l et m erūt in geometrica medietate. sicq patet effectum propositum.




**52** Primam residuarum medietatum: in numeris constituere.

**H**ec a geometrica sumitur. Et sint a b c in geometrica medietate ita tamen ut c minimus sit maior q d fia maiorum. subtrahat igitur differētia maiorum ab c mīmo et residuū sit d. dico b c d eē in hac prima collateralium medietatum pstitutos. nā quia a b c sunt in geometrica medietate cōstituti: ideo que pportio a ad b: ea est p vicecimam huius differentie maiorum ad differentiam minorum. sed differētia a ad b est eadem differentie c ad d. igitur differētia c ad d minorum ad differentiam b ad c maiorum sicut a ad b. quare sicut b ad c maximi ad mediu. per diffinitionem itaq patet ppositum.




**53** Secunde inuentionem declarare.

**S**int ut prius a b c in geometrica medietate quoz differētiā minorum addo ad a. et ppositū sit d. dico d ad b esse in secūda reliquaz medietate. nam per vicecimam huius que pportio a ad b ea erit differētie maiorum ad differentiam minorum nūerōzū in geometrica medietate pstitutor. et eadem est pportio differētie a ad b ad differētiā a ad d. igitur per diffinitionem cōcluditur propositum.




**54** Tertiam eandem in numeris assignare.

**H**ec etiam habetur p geometricam medietatem. sit ergo pcedētum hypotheiss et maiorum differētia dematur ab b medio: sitq residuum d. dico b/c/d esse in tertia medietate. nam que differētia a ad b: ea est b ad d. igitur que pportio differētie a ad b ad differentiam b ad c ea est differētie c ad d ad differentiam b ad c. quare que pportio b maximi ad c mediu: ea est differentie b ad d extremorum ad d fiam b ad c maiorum. cōstat igit p diffinitionem b c d eē in pposita medietate. qd est ppositum.




**55** Quartam in terminis manifestare.

**S**int a b quilibet duo numeri: et cōpositus ex ipis sit c. dico c/a/b eē tres terios in hac quarta medietate datos. qz enī d fia c et b extremoz: est a. et d fia c a maiorū: est b. q que pportio a ad b medij ad mīmū: ea erit d fie extremoz ad d fiam maiorum. per diffinitionem itaq pstat factum esse ppositum.




**56** Quinte demonstrationem explicare.

**H**ec a geometrica medietate elicitur. Sint igitur ut prius a b c tres nūeri i geometrica medietate quoz c mīmo addo differentiam maiorum: et cōpositus sit d. dico d b c esse in pposita medietate. nam differētia d c extremorum est differentia a ad b: igitur adiuuante vicecima huius que pportio b ad c medij ad mīmū: ea erit differentie d ad c extremorum ad differentiam b ad c minorum. Itaq per diffinitionem demonstratum est propositum.



**57** Sextam sub exemplo demonstrare.


**H**ec ex harmonica cognosci potest. Sint a b c in harmonica medietate: p diffinitioem que pportio a ad c ea est d fie maiorum ad d fiam minor. capio nūerum d inter a et c: cuius d fia sit ad a que b ad c. erūt itaq trāsmutate differētie. quia que differētia a ad b maiorum: ea est d ad c minorum. et que b ad c minorum: ea erit a ad d maiorum. dico itaq a d c esse qui pferūt. nam que pportio a ad c extremoz ea est differētie d c minorum ad differentiam a d maiorum. per diffinitioem igitur patet effectum esse ppositum. Quod si capite secūdi sue arithmetices diuus Seuerinus testatur huic medietati quam suo ordine quartam ponit proptium esse: qd cōtinetur sub maiore terio et medio duplum sit et quod



cōtinetur sub medio ⁊ parvissimo: hoc indubitātū est per septimam secūdi quoties maximi ad mīmū est habitudo dupla / alioquin per eandem non teneat sed per eandem semper que pportio maximi ad mīmum ea erit eius quod cōtinetur sub maximo ⁊ medio ad id qđ cōtinetur sub medio ⁊ mīmū / imo id omni medietati cōmune est.

**¶ Septime terminos inuestigare.**


58



**¶** Hec ex geometrica. Sint a b c tres numeri in geometrica medietate ab a maximo eorū subtrahō differentiam minorum ⁊ sit residuum d. et patebit vt prius que pportio a ad b maximi ad mīmū: eam esse differentie extremorū ad differentiam maiorum. quare per diffinitionem constabit propositum.

**¶ Octauam demum restat explanare.**


59



**¶** Hec etiam ex geometrica. Sint septius dati numeri a/b/c in geometrica medietate: et minorū differentia addatur medio: fiatq; compositus d. dico a/d/b esse in hac vltia medietate. nam que pportio a ad b maximi ad mīmum: ea est adiuuāte vicesima huius differentia a ad b extremorū ad differentiam d b minorū. nam equatur differentie b ad c. igitur per diffinitionem a/d/b sunt in hac medietate. sicq; constant octo collaterales medietates monstrate.

**¶ Trium numerorum maximi ad medium: atq; differentie maximi ad minimum ad differentiam mediū ad ipm: eandem esse proportionem impossibile est.**


60



**¶** Sint a/b/c tres diuersi numeri quicūq; quorū a sit maximus/b medius/et c mīmus: et differentia a ad c sit d. et differentia b ad c sit e. dico impossibile esse eandem pportione a ad b maximi ad mediū que d ad e differentie maximi ⁊ mīmū ad differentiam mediū ad mīmum. nam si ea pportio sit a ad b que d ad e totius scz ad totum que detracti ad detractū: erit c residui ad c residui: que a ad b totius ad totum. est enim c vtriusq; residuum. quare a et b idem sunt numerus atq; equales. quod est contra hypothesim.

**¶ Si inter duos numeros sumātur tres mediū: vnus fm arithmetica medietatem: et vnus fm geometricam: et tertius fm harmonica: arithmeticum maximū: ⁊ harmonicū mīmum: atq; inter illos geometricū medium esse pportionalit̄ est necesse.**

61



**¶** Sit a ad c pportio quecūq; que potest in duo equa diuidi. vt exempli causa quadrupla inter cuius extrema per tricesimānonam huius sit inuentus b in harmonica medietate duplo a b et c ⁊ pueniant d/e/f qui pportionalit̄ erūt in eadem medietate. et quia per septimam secūdi d ad f vt a ad c: et a ad c posita est partibilis in duas equas pportiones: partietur etiam d ad f in equas. diuidatur igitur per g. erit igitur d ad g vt g ad f. quare g per diffinitionem medius est geometricus inter d ⁊ f. et quia f ⁊ d sunt pares: ipsoꝝ simul iunctorum capio medietatem que sit h: que per quintam huius est in arithmetica medietate inter d ⁊ f. habemus igit̄ inter duos numeros d et f tres medios h g e scz h in arithmetica medietate/g in geometrica/ ⁊ e in harmonica demōstratos. qđ supponebat ppositio. dico igitur d esse maximum mediorum: et e mīmū: et g medium pportionalit̄ atq; geometricū inter h ⁊ e. nam quia h est medius inf d ⁊ f fm arithmetica medietate ⁊ e fm harmonica: ergo p quadragesimāprimā huius h maior est q̄ e. et que pportio d ad h ea est e ad f. igitur per vicesimāquintam secūdi qđ sit ex d in f: equū est ei qui sit ex h in e. sed quia g est medius pportionalis inter d ⁊ f: igitur per vicesimāsextam eiusdem quod sit ex d in f: equū est ei qui sit ex g in e. quare quod sit ex g in e: it̄ est q̄tum quod ex h in e. igitur per secūdam partem eiusdem vicesime sexte secūdi h g e sunt pportionalis. quare h erit maximus: g medius pportionalis: ⁊ e mīmū. quod intendebat ppositio.

**¶ Duos numeros quorū pportio non sit data proportione maior / inuestigare: inter quos fm tres dictas medietates medios assignare sit possibile.**

62

**¶** Datam proportionem quācūq; diuidamus per sexagesimānonam noni in quotlibet pportiones: quaz due sint equales: que pposite nō sint data proportioe maior. fm igit̄ illam pportioem ppositam quero medium harmonicū fm exigentiam tricesimenone huius et oīno consimilit̄ operādo vt in principio precedentis factum est inueniam tres medios modo qui in precedenti dictus est. inter duos numeros quorū pportio non erit data proportione maior. sicq; constabit propositum.

**¶ Decimi elementorum arithmetices Jordani finis.**



Jacobi Fabri Stapulensis Elementa Musicalia ad clarissimū virū  
Nicolaum de haqueulle inquisitorum Præsidentem.

Ecceuerā clarissime vir nulli meas elementorū musicalium qualescunq;  
sunt prius dicere vigilas: q̄ probatas cognouisse. q̄uis id me mime  
lateret/demonstrationes: in quibus vel solis vis scientie cōsistit: nō pro  
bari non potuisse. Verū si presentium iudicia parui ducis/reputasq;: hī  
tibi ex antiquis sūm opere musicos cōmendare labores iure valebunt.

Mercurius	Tamyras	Ptolomeus
Orpheus	Thymenias Thebanus	Eubolides
Pythagoras Samius	Terpander lesbicus	Hippasus
Amphion thebanus	Lycaon Samius	Aristoxenus
Linus	Prophrastus Periotus	Philolaus Pythagoricus.
Arion lesbicus	Estiacus Colophonius.	Archytas tarentinus
Hydas Phrygius	Tymotheus milesius	Albinus
Corebus lydius	Thicomachus	Diuus Scuerin <sup>o</sup> Boecius.
Thyagnis Phryx	Plato	
Tharsias	Aristoteles.	

Et similia q̄ plurimi quos oēs eterna memoria disciplinarū eblāditissima Musica  
reddidit insignes inter quos: duos p̄ceptores meos Jacobū Labiniū & Jacobū turbe  
linū ā numero: tanq̄ ea arte posteritati victuros. Comēdant & eā iurifici eius effect<sup>o</sup>.  
Pythagorici enī animorū ferociā tibiis/fidibusq; emollicebant. Esclapiades fremētis  
vulgi seditiones crebro cantu compescuit. Idēq; tuba surdis medebatur.  
Damon pythagoricus ebrios et proinde petulātes adolescētes: grauiorib<sup>o</sup> modulis  
ad tēperantiam reduxit. Scbrē & vulnera: musica modulatione curauit antiq̄tas  
Eadē quoq; suauitate schias/correndicūq; dolores emēdauit: qd̄ hismenias theban<sup>o</sup>  
tētasse memoratur. Theophrastus ad animi pturbationes moderādas musicos adhi  
buisse memorat modules. Nec iniuria quidē. est enī musica vt quedā moderatiōnis  
lex atq; regula. Quamobrē bono iure eos ridebat diogenes musicos: qui cū citharā  
ad harmonicos cōsensus haberent temperatā: animū gererent incōpositū et proflus  
harmonia vite destitutū. Xenocrates organicis modulis lymphaticos liberauit.  
Tales Cretensis suauitate cithare: morbos/pestilentiaq; fugauit. Terpāder et arion  
zones & lesbios cantu a grauissimis morbis leuasse: diuus Scuerinus auctor est.  
Herophilus medicus egrorum venas musicis pensiculabat numeris.  
Tymotheus autē musicus dum voluit efferatū reddidit alexandriū ad armaq; furentē  
atq; aliter cū libuit ab armis ad cōiuiua retraxit emollitū. Thracius Orpheus ferarū  
sensus fidibus/cātūq; inflexit. hoc est ferinos hoīm mores leges ad citharā canendo  
ad moderatā humanitatē reduxit. Cerui fistulis capiūtur studioq; modulationū deti  
nentur. Lygni hyperbozei cithare cātibus alliciūtur. Elephātes indi organica dulce  
dine permulcētur. Buicule fistulis irretūtur. Teneros adhuc infantū sensus permo  
uent cātus/crepitaculaq; vagientū sedāt. Delphinos suis sibi fidibus cōciliavit arion  
Serpētes cātibus rūpuntur. Sepulcorū manes cantibus excitātur. In actiaco littoze  
mare citharā personare memorātur. Aegaris citharā personat saxū: et ad cuiuslibet  
pulsantis ictum fidicanat. Et possem pleraq; talia vir clarissime ad musicā cōmenda  
tionē adducere. at tot/tantisq; & recentū & priscoꝝ cōmendatā auctoritatibus tibi nūc  
ab me atq; bonarū litterarū studiis dicatā disciplinā: equo suscipias animo tuis auspi  
cis lucem habiturā. Et me vnum inter tuos cliētulos tuarum virtutū/tuorū nominis  
obseruatozem esse cognoscito. Vale.

**Jacobus Stapulensis Jacobo Labinio et Jacobo Turbelino Musicis: suis  
charissimis preceptoribus.**

Uod inter oratorē atq; rhetora: id inter cantorem et musicum interesse vo-  
lunt: neq; oratorem quemq; dici mereri qui idem rhetor non sit. ita vestruz  
semper iudicium fuit: vt ne cantor quidē dici mereatur vnq;: qui idem mu-  
sicus non fuerit: pulchre mimos/ et hystriones a cantorum honesto cetu se  
questrātes tanq; Epicureos a sobria mensa Icastoq; philosophorū dogmate. nec in-  
iuria nam Homerus diuinus Poeta vbiq; doctum et scia modulatū introducit can-  
torem vt apud Odysseam vbi Penelopē Phemiū Sidicinē ad neruos verba mouē-  
tem his verbis allocutam effingit.

Preterea illachrimans diuum est affata canentem  
Phemi multa tenes hominum mulcentia pectus  
Facta hominum atq; decum: et que laudē autoribus addunt.  
Ex iis pange aliquid.

Et quales Homerus probat: vos minime tales esse dubito vt qui dudū a vobis priā  
musices rudimenta perceperim. Quapropter ad vos nostros labores examinandos  
cōmitto. quos eo libentius me suscepisse fateor: quo musicalē scientiā neq; apud gre-  
cos neq; latinos quidē vnq; elementis traditam esse legeri: at introductiones q̄ plu-  
rimas inter quas ea omnium nobilissima est quam diuus Seuerinus Boccius sui mo-  
numentū reliquit. quem vnū in hac re presertī delegi meorū studiorū ducē. Si ergo  
probaueritis satis michi est. In re enim nostra malumus aliorū iudicia sequi: q̄ pro-  
pria probare. Valete.

Antiqui qui de musica scripserunt		Insignes ex recentiorib <sup>9</sup> qui de eadē scripserunt.
Democritus	Plato	Albinus
Heracides ponticus	Aristoteles	Diuus Seuerinus
Timotheus milesius	Theophrastus	Basilius
Philolaus Pythagoricus	Nichomachus	Hylarius
Architas tarentinus	Aristoxenus	Augustinus
Duo Theodozi	Ptolomeus	Ambrosius
Xanthus atheniensis		Helasius.

**Argumentum quattuor librorū musices.**

**Primus** liber interualla muscis modulationibus acōmoda discutit. multiplex: du-  
plare/triplare/quadruplare. superpartulare: sesquialter/ sesquiterciū/ sesquioctauū/  
bis sesquioctauū/ ter sesquioctauū/ quater sesquioctauū/ quinquesz sexies sesquioctauū  
**Secundus** de tono/ integro toni dimidio/ semitono minore/ semitono maiore/ cō-  
mate/ schismate/ atq; diaschismate.

**Tertius** de sesquitono/ ditono diatessarū/ diapente/ diapente et tono/ diapason/ dia-  
pason et trisemitono/ diapason et ditono/ diapason et diatessarō/ diapason et diapēte/  
diapason diapente et tono/ disdiapason/ ac integro toni et cōsonantiarū oīm dimidio.  
Et de maximarum Harmoniarum consonantiis: et quarundā medietatum.

**Quartus** de monochordo/ tetrachordo/ pentachordo/ heptachordo/ octochordo/  
pentadecachordo/ diatonicis/ chromaticis/ enarmonicis melodiis. Et de melodiarū  
modis. et hec sub breuitate contracta: argumentū libri sunt.

**J**acobi Fabri Stapulensis Elementorū musicaliū  
ad clarissimum virum Nicolaum de haqueuille presi-  
dentem parisiensem liber primus.

**I**nteruallum est soni grauis / acutiq; spaciozum habitudo.  
Spacium vocamus neruū / chordam / expiratum aerem / et quid-  
quid simile est: a quo sonum elicimus.

**M**ultiplex interuallū est quoties maius spaciū continet minus  
pluries. vt bis: et duplex interuallum dicitur. vt tertio: et dicitur  
triplex. vt quarto et quadruplex nuncupat. et hoc pacto deinceps  
Interuallum superparticulare est cum maius continet minus: et

partem eius aliquam.

**P**ars est que metitur totum: ipsum aliquoties sumpta restituens.

**S**i maius continet minus et eiusdē dimidiū: sesquialterū nominatur interuallum.

**S**i maius continet minus et minoris partem tertiā: dicitur sesquitertium.

**S**i vero cōtinet minus et eiusdē minoris partem octauā: epogdōum / sesquioctauūq;  
nominatur. Et ita reliqua superparticularia iterualla: per facile est diffinire: sed parū  
musico conducunt proposito.

**S**uperpartiēns autem diceretur interuallum: si maius contineret minus et minoris  
partes aliquot: que partē vnā non efficiunt.

**N**umeri sunt adinuicem primi: quos sola metitur vnitas.

### Dignitates.

**Q**uidquid metitur alterum: metitur et omne mensuratū ab illo.

**C**ompositum in ea resoluitur simplicia: ex quibus componitur.

**C**uiuslibet numeri pars est vnitas: ab eo denominata.

**U**nitas in quemcunq; numerum ducta: ipsum producit.

**Q**uidquid metitur detractum et residuum: metitur et totum.

**Q**uecunq; vni et eidem equa sunt: et ea inter se sunt equa.

**E**t que inter se sunt equa: eiusdem sunt eque multiplicia aut submultiplicia.

**E**orum quorum tota sunt equa: et dimidia sunt equa.

**Q**uidquid bis auctum aliquid transcendit: id vltra illius dimidiū esse necesse est.

**E**t quod duplicatum non implet integrum: id profecto non continet dimidiū.

**O**mne totum est maius sua parte.

### Petitiones.

**D**ata equali chorda: que spaciū ad spaciū proportio est: eam esse et soni ad sonum.

**I**nter numeros sola vnitate distantes: nullum intercipi posse medium.

**S**pacium quodlibet in quotlibet equas partes diuidere.

**T**otum ad suam partem / et laxius ad se tensum: grauiorem sonum edere.

**O**mnem proportionem esse tanq; numeri ad numerum.

**S**i numerus numerū datum multiplicet: idēq; productū diuidat: numerū datū redire.

**S**i numerū datū numerū diuidat: et qd̄ puenit rursus multiplicet: numerū datū redire.

**E**xteriorū proportionē ex interiorū proportionib; vt suis partibus esse compositā.

**E**xtrēmi ordinararū proportionū: maximus / minimusq; terminus intelliguntur.

**S**ciētia subalternata qualis ad Arithmetica Musica est: principiis et demonstratis scientie prioris  
subalternatisq; vtitur. at studuimus vt q̄ fieri potest rarissime id in hac disciplina fiat. verum plerūq;  
vbi oportunū videbitur alio q̄ in arithmeticiis factū est vtemur demonstrandi mō: quo singula magis  
ex propriis facta videantur q̄uis arithmetico suffragio atq; iis que in arithmeticiis monstrata sunt ea  
dem prōptius faciliusq; fierent: attamen quando id fiet et quando nō sequentibus demonstrationibus  
cuilibet per q̄ perspicuum euadere poterit.

**¶ Si interuallum multiplex binario multiplicetur: id quod fit ex hac multiplicatione interuallum multiplex est.**

d	e	c	
16	8	4	Multiplex ex duplicatione.
4	2		Multiplex interuallum.
B	B		

**¶ Interuallum binario multiplicare: est interualli habitudinem duplare que quo pacto duplāda sit dudum tertia propositioe quinti Arithmetices notum esse potest. vt si a b sit interuallum quodcūq; quod binario multiplicare iubeamur: ipsum per tertiam quinti multiplicabimus si ducimus a in se et b in se proueniantes d c eritq; productorum d et c duplex interuallum interuallo producentiū a b. Et si rursus ducimus a in b proueniatq; productum e erit per sextam quarti que proportio d ad e eadem e ad c et interuallum d c in duo equa partitum. Sed esto nunc vt interuallum a b sit multiplex quādammodum proponit propositio quod modo pauloante dicto: binario multiplicetur: sitq; duplum d c et ea proportio d ad e et e ad c: dico interuallū d ad c esse multiplex. Nam cum a ad c multiplex sit interuallum cum geminatur manifestum est multiplex addi multiplici quare per vicesimā secundam noni Arithmetices statim notum est interuallum compositum multiplex esse. et propositū. Sed idem aliter hic demonstratur. Quoniam enim que proportio a ad b ea est d ad e et e ad c. nam vtraq; proportionis duplate a ad b medietas. Proportio autē a ad b posita est multiplex: igitur et proportio d ad e multiplex est. metit igitur per diffinitionē multiplicis: e ipsum d vel bis vel ter vel deinceps. Et eodē quoq; iure c toties metitur ipsum e. quare et c per primū communē conceptū etiam metitur ipsum a. Quicquid enim alterū metitur: metitur et omne quod mensuratū est ab illo. est itaq; per diffinitionē interuallum a c multiplex. quod erat ostendendum.**

**¶ Si fuerint termini pportionaliter constituti: cum primus fuerit vltimo cōparatus si primus vltimum fuerit mensus: metietur et secundum.**

2	4	8	1	2	4	A b c tres termini proportio-
a	b	c	d	e	f	nales quorū a numerat b.

**¶ Tamen si hanc decimatertia quarti demōstret sufficienter: eam tamen ap̄lius hoc in loco volumus manifestare. Sint enim a b c termini proportionaliter constituti et a numeret c: dico idem a numerare b. capio enim d e f terminos in ea proportione minimos. Quoniam enim d ad e vt a ad b: et e ad f vt b ad c. igitur per equam proportionalitatē quam vicesimā prima secundi Arithmetices monstrat d ad f vt a ad c. sed a per hypothesim metitur c: igitur et d metietur f. Et quia d e f positi sunt in sua proportione minimi. ergo per quintam quarti d et f sunt adinuicem primi. Et cum d seipsum metiat: pariter et f per diffinitionē d est vnitas. Et vero cum vnitas sit omnis numeri pars: d ergo metietur e. Et cum a ad b vt d ad e: metietur igitur a ipsum b secundū terminum: quod erat cognoscendum atq; propositum.**

**¶ Si interuallum binario multiplicatū: multiplex effecerit interuallum: ipsum quoq; multiplex erit.**

2	4	8	A b interuallum binario multiplicatū
a	b	c	multiplex efficiens.

**¶ Hec est conuersa prime: cuius hec est ratio. Nam cum interuallum compositū multiplex sit et per secundam cōmunem scientiam resoluator in id interuallum ex cuius multiplicatione creuit siquidē compositū omne: in ea simplicia dissoluitur ex quibus coalitū concretum/compositūq; esse cognoscit per sexagesimā noni interuallum simplex multiplex erit. Et id idem aliter ostenditur. Nam si a b c geminatum interuallū sit multiplex sic vt c multiplex sit ad a et ea proportio a ad b et b ad c: quoniam c ad a erit multiplex: a per diffinitionē metietur ipsum c. quare et per precedentem a metietur ipsum b. est igitur interuallum simplex b ad a per diffinitionem multiplex. et propositum.**

4 **C** Si terminorum interualli primus ad secundum comparatus sese ut tertius ad quartum habuerit: quot proportionaliter medij primo et secundo: totidem tertio et quarto interuenire necesse est.

*E* medium proportionale inter *d* et *f* tertium et quartum ut *b* inter primum et secundum.

27	18	12		18	12	8		9	6	4		2
<i>A</i>	<i>b</i>	<i>c</i>		<i>d</i>	<i>e</i>	<i>f</i>		<i>g</i>	<i>h</i>	<i>k</i>		<i>l</i>

**C** Hanc duodecima quarti monstrat cuius adhuc hic ut ad sequentia momentum habens: cognitio promptior habeatur: repetitur demonstratio.

**C** Sit *a* cuiuscumque interualli primus terminus ad *c* secundum ut *d* tertius ad *f* quartum: et sit *b* medius proportionaliter constitutus inter *a* et *c*. dico etiam inter *d* et *f* interuenire unum proportionaliter medium. **C**apio enim per sextam quarti *g h l* tres minimos secundum proportionem *a* ad *b* et argumentor ex vicesima prima secundi per equam proportionalitatem *g* ad *h* ut *a* ad *b* et *h* ad *l* ut *b* ad *c*. igitur *g* ad *l* ut *a* ad *c*. quare et ut *d* ad *f*. at si *d* et *f* sunt idem termini cum *g l* manifestum iam est inter *d* et *f* interuenire unum proportionaliter medium. **S**im minus: ergo per vicesimam tertiam Arithmetices *g* et *l* metietur *d* et *f* equaliter: sitque id secundum *l*. duco ergo *l m g h* et *l* et *g* proueniant *d* et *f* per septimam secundi *d* ad *e* ut *g* ad *h* et *e* ad *f* ut *h* ad *l*. quare *e* interuenit proportionaliter medius terminis *d* et *f*: quod erat monstrandum.

5 **C** Superparticularis interualli medius numerus: neque vnus neque plures proportionaliter interuenient.

**Q**uod proportio superparticularis: in duo equa diuidi non possit.

27		18						<i>A c</i> spacium superparticulare.				
<i>A</i>	<i>b</i>	<i>c</i>		<i>d</i>	<i>e</i>	<i>g</i>	<i>f</i>	<i>D e f</i> tres minimi proportionis <i>a</i> ad <i>b</i> .				

**C** Hanc intelligimus: nullum superparticulare interuallum in duas aut plures interualloz habitus diuisiones proportionalesque secabile esse. quod demonstratione proxime subiuncta per se facile liquebit.

**C** Sit *a c* interuallum superparticulare quod diuidatur in duo equalium habitudinum spacia *a b* et *b c* certis constitutisq; numeris si possibile est. sitque ictirco ut *a* ad *b* ita *b* ad *c*. capio per sextam quarti arithmetices *d e f* tres minimos continue, proportionales in proportione *a* ad *b*. et quod *d* ad *e* ut *a* ad *b* et *e* ad *f* ut *b* ad *c*: ergo per equam proportionalitatem *d* ad *f* ut *a* ad *c*. at qui *a* ad *c* positum est superparticulare interuallum: igitur et *d* ad *f* est superparticulare. **A**terro quoniam *d e f* sunt tres illius habitudinis minimi termini: igitur *d* et *f* primus et ultimus per primam quarti sunt adiuuicem primi. **A**t cum *d* monstratus sit superparticularis ad *f*: per definitionem continet *f* et eius partem que ideo per definitionem metitur *f*. **E**t si ea pars sit numerus cum ea etiam per communem conceptum metiatur *d*: metietur enim se partem de tractam et residuum quod equum est *f*. non erunt ergo *d* et *f* adiuuicem primi cuius oppositum iam monstratum est et impossibile. erit ergo ea pars unitas. **T**unc addo unitatem ipsi *f* et fiat *g*: ut *g* et *f* solius unitatis discrimine dissent mox argumentor *d* ad *f* ut *g* ad *f*. sed inter *d* et *f* positus est vnus interuenire medius igitur per precedentem et inter *g* et *f* numeros sola unitate distantes interuenit intercepturque aliquis numerus medius quod per secundam petitionem est impossibile. non igitur superparticularis interualli vnus medius interuenit numerus. neque quoque eodem argumento interuenient plures. **E**t hac etiam demonstrat sexagesima prima noni. **E**t et hac quoque cognoscitur reprehensionem demonstrationis **A**rchite: quod nulla superparticularis in duo equa diuidi possit quam tertio institutionis musice capite vndecimo videtur diuus **S**euerinus adducere non tam esse diui **S**euerini quam **R**ichomachi aut aliorum quos interpretatur elegantissime qui et simile in plerisque tum **A**rithmetice tum **M**usice institutionis locis fecisse comperitur. **E**t non verentur quidam (pace omnium dixerim) eius libros perlustrare non ut sciant sed ut exsurculent et canino more si quid hians subsultansque appareat: alius dentem insigant: mordeant et reprehendant et sanctum et venerabile **P**hilosophie nomen et suorum conuictis lacerent: et quod aliorum vicium est si quod est: diui **S**euerini exclament errorem faciantque aliorum crimine reum. et cum nichil nos nro volunt literarios duces insectando carpendo laniando omnia scire videri: atque supra **P**hilosophicas vertices sese gloriabundos extollere: faciuntque quod est apud **L**omicum ne intelligendo ut nichil intelligant quos idem statim ut maledicere desinat ammonet malefacta ne cognoscant sua. **S**ed hec preter presentis negotii officium. de **P**hilosophis enim qui recte fuerint natura instituti vel absque monitione semper recte cogitabunt qui enim secus faciunt ab eorum se segregant consortio et ut **P**hilosophi quales se videri volunt non amplius esse cognoscantur necesse est.

**¶** Si interuallum non multiplex binario multiplicetur: id quod sit ex hac multiplicacione neq; multiplex est/ neq; superparticulare. 6

9	6	4	B c interuallum neq; multiplex neq; superparticulare.
B	b	c	B c duplatum interuallum a b qd quidem est non multiplex.

**¶** Sit interuallū non multiplex a b: et duplum sit a c. ita vt ea sit proportio a ad b et b ad c. dico interuallum a c neq; multiplex esse neq; superparticulare. quoniam si a c primo ponitur multiplex: ergo per tertiā presentis et a b interuallū erit multiplex at positum est nō multiplex. Et si secundo dixeris a c esse interuallū superparticulare cū sit a ad b vt b ad c erit interuallū superparticularis medius proportionalis terminus quod per precedentē est impossibile. est itaq; notum si interuallū nō multiplex binario multiplicetur compositum interuallum minime aut multiplex aut superparticulare esse. et propositum.

**¶** Si interuallum binario multiplicetur: atq; id quod ex ea multiplicacione creabitur multiplex non sit: ipsum quoq; non erit multiplex. 7

**¶** Nec est conuersa precedentis. Sit ergo superioris propositionis figura in qua interuallū a c proueniat ex duplatione habitudinis interualli a b et nō sit a c interuallum multiplex. dico itidem interuallum a b nō esse multiplex. Nam si a b interuallū multiplex est: cū a c per hypothesim ex interuallo a b binario multiplicato surgat: ergo per primā presentis interuallū a c multiplex erit. at positū est nō multiplex: ergo si interuallū non multiplex ex alicuius interualli binario multiplicacione nascat neq; ipsum quoq; ex cuius multiplicacione ortū est multiplex erit: qd erat monstrandū.

**¶** A numero partiū superparticularis interualli que in vnum adacte totum restituūt et numero vno maiore: quot interualli maiores termini simul: minoribus simul acceptis respondeant: cognoscuntur. 8

A	3	4	5	6	7	8	9
B	2	3	4	5	6	7	8
C	2	3	4	5	6	7	8
D	3	4	5	6	7	8	9

**¶** Sit a ad b interuallū superparticulare manifestū est per diffinitionē superparticularis a cōtinere b et vnam partiū b. ea igitur pars secundū numerum c: constituat suum totū b: et sit d numerus vno maior c: dico a sumpta secundū numerum c equa esse b sumptis secundum d. Nam a secundū c sumpta continent b secundum c sumpta et insuper partes b sumptas secundū c. Biqui positū est eas secundū c constituere vñ b. igitur a secundū c sumpta continent b sumpta secundū numerum vno maiorem c. At vero d positus est numerus vno maiore c. ergo a sumpta secundum c: continent b sumpta secundū d. quod erat monstrandū. **¶** Et si exemplarē requiris declarationē: sit a ad b interuallū est sesquialterū: quoniam a sesquialterū est ad b. ergo a continet b et eius dimidiū: et duo dimidia per cōmune proloquū suum totū reddunt. dico ergo duo a tantū esse q̄tum tria b: quoniam enim duo a continent duo b. et insuper duo dimidia b que vñ b restituunt: ergo duo a continent tria b/ tribusq; euadunt equalia. Et si a ad b est sesquiterciū a continet totum b et tertiam partē b. at tres tertie b eque sunt vni b. ergo superiore argumento tria a cōtinent quattuor b/ quattuorq; euadunt equalia. imo data quacūq; superparticulari maiores termini secundū proportionis minorē numerū: equantur minoribus terminis scōm proportionis maiorē numerū sumptis. vt si a ad b sit sesquiquinta: quoniam minimi sesquiquinte sunt 6 et 5. idcirco quinq; a equi sunt sex b. et in nō minimis quoniam 12 et 10 sunt termini sesquiquinte 10 a equantur 12 b. Et si a ad b sit sesquioctaua: quoniam minimi sesquioctave sunt 9 et 8. idcirco 8 a tantū sunt q̄tum nouem b. Et qz rursus 18 ad 16 sesquioctaua: ideo sexdecim a equi sunt 18 b. et ita in ceteris. Sed si id nō modo particulariter sed et vniuersaliter contēplari cupis id vniuersaliter verū erit.

**¶** Data quacūq; proportione: maiores termini secundū numerū minorum sumpti: equi sunt minoribus secundum numerum maiorum sumptis. 9

A Suppti	3	4	5	6	7	8	9	Mlti:	7	3	4	5	6	Supp	5	7	9	11
B culares	2	3	4	5	6	7	8	plices.	1	1	1	1	1	tiētes.	3	4	5	6

¶ Et sit a ad b quecumq; proportio et a maior terminus: b vero minor. dico a sumptos secundū b numerum minorē equos esse b sumptis secundū a numerū maiorem. Nam per octauam primi Arithmetices quod sit ex a in b: equum est et quod sit ex b in a. At vero quod sit ex a in b: sunt a sumpti secundū b. et quod sit ex b in a sunt b sumpti secundū a. igitur a sumpti secundū b equatur b sumptis secundū a et in quibuslibet aliis eadē est demōstratio et propositū.

10 ¶ Cum aliquot maiores termini aliquot minoribus equi sunt: ea vnius maiorum ad vnum minorum reperitur proportio: que et numeri minorum collectorum ad maiorum collectorum numerum.

¶ Hec est cōuersa pcedentis. Quoniam per pcedētem minores collecti secundum numerū maiorum equi sunt maioribus secundū numerum minorū collectis. Sed numerus maiorū est vnus terminus maior et numerus minorū vnus terminus minor. ergo eadem est proportio vnius maiorū ad vnum minorū: que numeri minorū collectorum ad numerū maiorum collectorū. ¶ Et quāq; he due vltime conclusiones faciles sunt: vsus tamē eorum paulo latētiōr est. Per primā enim carū que nona est: habemus si numerus maior ad minorē sesquialter est vt triū ad duo: duo maiores equi sunt tribus minoribus. Et si maior ad minorē sesquitercius vt 4 ad 3: tres maiores equi sunt quattuor minoribus. Et si maior sesquiquartus vt 5 ad 4: quattuor maiores equi sunt quinq; minoribus. Si vero maior sesqui octauus: octo maiores equi sunt nouē minoribus. et ita in cōsimilibus. In multiplicibus autē si maior duplus est vt duorū ad vnum: vnus maior equus est duobus minorib⁹. Si triplus: vnus maior equus est tribus. Si quadruplus: vnus equus est quattuor. Si octuplus: vnus equat ad octo. In superpartientibus vero cōsimile est: vt si maior est superbitertius vt 5 ad 3: tres maiores equi sunt quinq; minoribus. Si supertriquartus vt 7 ad 4: quattuor maiores equi sunt septē minoribus. Si vero super octupartis vt 17 ad 9: nouem maiores equi sunt decem et septē minoribus. et hoc pacto in reliquis. ¶ Ex vltima autem hanc in superparticularibus vtendī regulā elicimus. Si duo maiores equi sunt tribus minoribus quattuor ad sex: sex ad nouē: octo ad duodecim: vnus maior ad vnum minorē sesquialter est. Et si tres equi sunt ad quattuor: sex ad octo maior ad minorē est sesquiterci⁹. Si quattuor maiores equi sunt quinq; minoribus: aut octo ad decē: vnus maior vnius minoris est sesquiquartus. Si vero octo maiores nouē minoribus sunt equi: vnus maiorū ad vnum minorū cognoscit sesqui octau⁹. In multiplicibus. si vnus duobus: duo ad quattuor: tres ad sex equi sunt: maior minoris est duplus. Si vnus tribus duo ad sex: vnus maior minoris est triplus. Si vnus ad quattuor: et duo ad octo: vn⁹ maiorū ad vnum minorū est quadruplus. Si vero vnus ad octo duo ad sedecim: maior minoris est octuplus. In superpartientibus. si tres maiores equi sunt quinq; minoribus: aut sex ad decē: vnus maior ad minorē est superbitertius. Si quattuor maiores septē minoribus: maior minoris est supertriquart⁹. Si vero nouē equi sunt ad decem et septem: maior minoris est superoctupartis. Et in compositis numeris simile est. vt si duo a equi sunt quattuor b et dimidiū vnius: quē admodum in duobus coniunctis sesquialteris. quoniam 4 et vnius dimidiū ad 2 duplū sunt et sesquiquartū: iccirco vnus a ad vnum b duplus est atq; sesquiquartus. Si tres a equi sunt ad quattuor b et tertiū vnius: vt in duobus sesquiterciis quoniam quinq; et tertiū vnius cōtinent tres semel duas tertias et vnā nonā: proinde vnus a continebit b vnum duas eius tertias et vnā eius nonā. Si quattuor equi sunt ad sex et quartā vnius: vt in duobus iunctis sesquiquartis: quoniam sex et quarta vnius cōtinent quattuor dimidiū. et decimā sextam ex quattuor: ideo vnus maior cōtinet minorē semel eius dimidiū et eius vnā decimā sextam. Si vero octo valent decē et octauam vnus vt in duobus sesqui octauis: quoniam decem cōtinent octo et quartā: et octaua vnius ad octonos vna est sexagesima quarta: ideo vnus maiorū cōtinet minorē semel eius quartā partem et eius sexagesimā quartā. Et si cōpositionis series protensior euadit: vt si duo a equi sunt sex b medietati vnius et quarte vt in coniūctione trium sesquialterorū: quoniam sex cōtinent duos ter et dimidiū vnius est quarta pars duorū: et quarta pars vnius est octaua pars duorū. iccirco vnus a triplex est b vnus in super quartā atq; octauam partē b continens. Et si tres equi sunt ad septem et nonā vnius quod in tribus sesquiterciis coniunctis euenit: quoniam septem: bis cōtinent tres et triū tertiā partem: et nonā vnius ad tres est vicesima septima. ideo vnus maiorū cōtinet minorem bis eius tertiā et eius vicesimā septimā. Et si quattuor equi sunt septē dodranti vnius hoc est tribus quartis et in super decimesexte vnius: vt in coniūctione trium sesquiquartorū: quoniam septē cōtinent semel quattuor et tres quaternariū partes: et tres quarte vnius ad quattuor sunt tres decimeserte: et decimesexta vnius est ad quattuor vna sexagesima quarta. iccirco vnus maior cōtinet vnum minorē semel et dodrantē et tres decimesextas atq; vnā sexagesimā quartā. Si vero octo equi sunt ad vndecim tres octauas vnius et vnā sexagesimā quartā: vt in tribus sesqui octauis iunctis: quā vndecim cōtinent semel octonariū et octonariū tres partes: et tres octaue vnius sunt ad octo tres sexagesime parte. et vna sexagesima quarta ad octo est vna quingētesima duodecima. hinc fit vt vnus maiorū cōtineat minorem semel tres eius octaue tres sexagesimas quartas et vnā quingētesimā duodecimā. Et hec adiecimus quovis harū duarū vltimarū in sequētib⁹ patentior manifestiorq; habeatur.

**C** Duplex interuallū ex duobus maximis supparticularibus: sesquialtero atq; sesquitercio coniungitur. 11

6	4	3	A c duplex interuallum.
a	b	c	B b sesquialter. b c sesquitercius.

**C** Sint a b c interuallū: a quidem sesquialter ad b: b vero sesquitercius ad c: dico a duplum esse ad c. Quoniā enim a sesquialter est ad b: ergo per octauā huius duo a equi sunt ad tres b. et rursus quia b sesquitercius ad c: igitur per eandem tres b equi sunt quattuor c: et tres b positi sunt equi duobus a. duo igitur a equi sunt ad quattuor c. cum quęquę vni eidemq; equalia sunt inter se sint et equalia. et quattuor numerus minorū collectorū duplex est duorum numeri sc; collectorū maiorū. igitur per precedentē vnus a duplex erit ad vni c. qđ erat demonstrandū potest et hoc vltimū etiam demonstrari. Quā enī duo a equi sunt quattuor c: vnus a per octauū proloquū equus est duobus c. quorū enī tota equalia sunt et eorū quoq; dimidia sunt equalia. Et duo c dupli sunt vnus. igitur et vnus a duobus c equus: duplex erit c vnus quod fuisse monstrandum.

**C** Ex duplici interuallo atq; sesquialtero: triplex nascitur interuallum. 12

6	3	2	A c triplex interuallum.
a	b	c	B b duplex interuallū. b c sesquialterū.

**C** Sint a b c interuallū: et a quidē ad b duplex et b ad c sesquialter. dico a eius quod est c triplicē esse quoniā enim a ad b duplex est: ergo a per diffinitionē continet bis b. igitur a equatur duobus b. et q; b sesquialter est ad c: igitur b continet c et eius partem dimidiā. ergo per octauam huius duo b equi sunt tribus c: et duo b equi erant vni a. igitur et tres c equi erunt vni a. tres autem triplex sunt vnus. igitur per decimā vnus a triplex est vnus c: quod erat demonstrandū.

**C** Duo duplicia interualla: quadruplex coniungunt interuallum. 13

4	2	1	A c duplex interuallum
a	b	c	A c geminatū duplex interuallū

**C** Sit a duplex ad b: et b duplex ad c. dico quoniā a quadruplex est ad c. Nam quia a duplex est ad b: igitur duo b equi sunt vni a. et rursus q; b duplex est ad c: igitur duo c equi sunt vni b. et si duo c equi sunt vni b: quattuor c equi erunt duobus b. et duo b positi sunt equi vni a: igitur et quattuor c equalibuntur vni a. et quattuor quadrupli sunt vnus. igitur per decimam vnus a quadruplex est vnus c: quod erat ostendendum.

**C** Terminū reperire: ad quē quocunq; volumus: liceat supparticulares assignare. 14

9	8	6	B ad c sesquialter.
a	b	c	B ad c sesquitercius

**C** Sit propositū terminum reperire ad quem sesquialterū et sesquiterciū valeamus assignare. Capio duo et tria numeros denominātes partes sesquialteri atq; sesquiterciū: duo siquidē sesquialterū et tria sesquiterciū denomināt. et duco duo in tria: proueniatq; ductu illo c. manifestum est c habere partem dimidiā pariter et tertiam. iungo ad c partē eius dimidiā: et compositus sit a. et iterū ad c iungo partē eius tertiam: et sit cōpositus b. quoniā enim a continet c et eius partem dimidiā: ergo per diffinitionē a ad c sesquialter est. et quoniā b continet c et eius partem tertiam: b itidem ad c sesquitercius. c igitur repertus est terminus ad quē petiti superparticulares rite sunt assignati. et hac lege de quibuscunq; esset operandū: vt si essent assignādi sesquioctauus et sesquiquintus duc octo in nouē et surget terminus octauam/nonāq; partem possidens: ad quē et sesquioctauū et sesquiquintū rite assignaueris. et eodem quoq; pacto modo tres modo quattuor aut quotquot libuerit ad eundem terminum assignabis.

640	600	576	540	480
a	b	c	d	

vt si ad eundē terminū peterentur assignari sesquitercius/sesquiquartus/sesquiquintus. et sesquioctauus ducatur tria/quattuor/quinę et octo in seinuicē et proueniat e qui in circo habet in se tertiam/quartam quintā et octauam. adiungo e suam tertiam compositusq; sit a. et suam quartā et compositus sit b. suam quintā compositus sit c. suā deniq; octauā et cōpositus sit d. dico demonstratione superiore: quoniā ad e constituti sunt a b c d sesquitercius/sesquiquartus/sesquiquintus/et sesquioctauus: quę admodum prefixa monstrat formula.



15 ¶ Si sesquialtero intervallo sesquitercium demptum fuerit intervalum: erit qđ relinquitur sesquioctauum.

9	8	6		A c sesquialter. B c sesquitercius.
a	b	c		B ad b sesquioctauus.

¶ Sit c terminus ad quem p precedentē assignati sint a sesquialter: et b sesquiterci<sup>o</sup>. Ab a c sesquialtere subduco intervalum sesquitercium b c: relicto intervallo a ad b: quod dico esse sesquioctauū. qm̄ enim a eius quod est c est sesquialter: a semel habet c et eius dimidiā partem. quare per octauā huius vno a equi sunt tribus c. et quattuor a sex c. et octo a ad duodecim c. Rursus qm̄ b huius quod est c sesquitercius est. b igitur habet in se c et eius tertiā partem. quo fit ut p eandē octauā tres b equi sint quattuor c. et sex b octo c et nouē b ad duodecim c. at octo a quidē equi erāt ad duodecim c: igitur octo a equi sunt ad nouem b. per decimam igitur a p̄tinet b et eius octauā partem. estq; a sesquioctauus ad b et p̄positū.

16 ¶ Interualli quarta et duodecima: vnam eius tertiarum restituunt.

¶ Nam quattuor interualli quarte: totū complēt intervalū. et duodecim eiusdē interualli duodecime: totū itidem cōplent intervalū. quare quattuor quarte et duodecim duodecime adinuicē equātur. due igitur quarte sex duodecimis / et vna quarta tribus duodecimis sunt eque. quoz enī tota equa sunt: et eoz dimidia. At quattuor duodecime: duodecim duodecimaru sunt vna tertia: qre et vna totius tertia cui quidē duodecim ille duodecime cognoscūtur esse idem atq; eque. vna igitur totius quarta q̄ tribus duodecimis equa esse mōstrata est et vna duodecima illi adiuncta: totius tertiā partem restituunt. Equātur enī vna tertia et vna duodecima quattuor duodecimis. qđ erat demonstrandum. Et quis hec demonstratio sequētis gratia particulariter facta sit: possis tñ modo p̄simili monstrare oēm minorem cuiuscūq; totius interualli partem: prime maiorem partem efficere: illi adiecta vna partium a nūero qui ex ductu denotationū vtriusq; partium nascitur: denotata. ut totius tertia pars minor est: et sc̄ba prime maior: et si duo in tria duxeris sunt sex: iccirco vna tertia atq; vna sexta vnam restituūt sc̄bam. Similiter quoq; quarta et quinta partes sunt prime maior atq; minor: et si duob; quib; in quattuor surgunt viginti: proinde vna quinta et vnauicesima: vnā quartam restituūt. et hoc pacto in sequētib; ut subiecta monstrat formula.

Tertia et sexta	vnam secundam efficiunt.
Quinta et vicesima	vnam quartam.
Sexta et tricesima	vnam quintam.
Septima et quadragesimasexta	vnam sextam.
Octaua et quinquagesimasexta	vnam septimam.
Nonā et septuagesimasexta	vnam octauam.

17 ¶ Due proportionēs sesquioctauę: minores sunt sesquitercio intervallo.

81	72	64		A c duo sesquioctauū cōiuncti.
a	b	c	d	B d sesquiterciū intervalū.

¶ Cōtinua per sextam quarti Arithmetices duas sesquioctauas inter a et cita ut a sesquioctau<sup>o</sup> sit ad b / et b sesquioctauus ad c. et sit a ad d sesquitercium intervalū. dico a ad c minus eē intervalum: qđ a ad d. Qm̄ enī a sesquioctau<sup>o</sup> est ad b: ergo p octauam huius octo a equi sunt ad nouem b. sed et qz b etiam sesquioctauus est ad c: per eādē octo b tñ sunt atq; nouem c. Et cum vnus b equus sit vni c et octauę eius: ergo nouem b equi sunt decem c et octauę vnus c. Atqui nouem b mōstrati sunt equi esse octo a: igitur octo a equi sunt decem c et octauę vnus. et decem et octauę vnus p̄tinet octo semel / eius quartam et eius vnā sexagesimā quartā. ergo per decimā huius vnus a p̄tinet vnū c / vnā eius quartā / et vnā sexagesimā quartā: et vna quarta et vna sexagesimā quarta per precedentem minus sunt vna tertia: cōplent enī quarta et duodecima vnā tertiā. duo igitur sesquioctauū minus sunt vno sesquitercio intervallo. quod erat demonstrandum.

18 ¶ Tres sesquioctauū: amplius sunt sesquitercio: minus autē sesquialtero intervallo.

729			512	A d tres sesquioctauū cōiuncti
a	b	c	d	

¶ Sint a b c d tres cōiuncti sesquioctauū: ut a ad b primus sit sesquioctauus / b ad c secūdus / et c ad d tertius: dico primo a ad c amplius esse sesquitercio. Qm̄ enī a ad b et b ad c duo sūt sesquioctauū: ergo per octauam huius octo a equi sunt decem c et octauę vnus. Sed et cum c itez ad d positus sit sesquioctauus: ergo p eādē octo c equi sunt nouem d / et nouē c equi decem d et octauę vnus et decem c equi vndecim d et duabus octauis. et cū octo octauę c p̄tineant nouem d: qđ per decimam huius vna octaua c continet octauam d et eius octauam partem: hoc est vnā sexagesimā quartā. decem ergo c et vna octaua vnus equātur vndecim d / tribus octauis / et vni sexagesime quarte. et per decimā ut vndecim res octauę et vna sexagesimā quarta ad octo: ita a ad d. sed vndecim cōtinent octonos semel tres eoz

partes / tres octavas / et vnā sexagesimā quartam vnus. ac tres octonozū partes amplius sunt tertia eoz parte. Superāt enī tres octonarij partes: tertiam eiusdē partem triente vnus: hoc ē tertia vnus parte. a fortiori igitur tres octonozū partes / et tres octaue vnus ⁊ vna sexagesima quarta ita āplius sunt tertia octonozū parte. cōtinent ergo vndecim / tres octaue vnus / ⁊ vna sexagesima quarta: octo semel ⁊ amplius eoz parte tertia. quare ⁊ a cōtinet d ⁊ āplius tertia eius parte. est itaq; a ad d āplius sesquitercio intervallo. Scdo dico a ad d minorem eē sesquialtero intervallo. Nam vndecim p̄tinēt octo ⁊ tres octavas: deest ergo vna octava ad complēdas quattuor octavas / q̄ sunt octonozū dimidium. At vero q̄ superāt: tres octaue vnus / et vna sexagesima quarta minus efficiūt dimidio vnus octaue. quare ⁊ multo minus efficiunt vna octava. vndecim ergo / ⁊ tres octaue / ⁊ vna sexagesima quarta vni⁹: cōtinent octo semel et minus octonozū dimidio. ergo per decimam huius ⁊ a cōtinet d semel ⁊ minus eius dimidio. est itaq; intervallo a ad b minus sesquialtero intervallo.

**¶ Quattuor sesquioctavi coniūcti: sesquialterum superant intervallo.**

19

6561				4096	¶ e quattuor sesqui-
a	b	c	d	e	octavi coniūcti.

¶ Sint a b c d e quattuor p̄fici sesquioctavi: a ad b primus / b ad c secundus / c ad d tertius / ⁊ d ad e quartus: dico qm̄ intervallo a e amplius est sesquialtero intervallo. Nam vt in precedētī visum est octo a equi sunt vndecim d / tribus octavis / ⁊ vni sexagesime quarte vnus. et vndecim d / tres octaue vnus ⁊ vna sexagesima quarta: equātur duodecim e / sex octavis / quattuor sexagesimis quartis / ⁊ vni quingentesime duodecime. ergo octo a equi sunt duodecim e / sex octavis / quattuor sexagesimis quartis / et vni quingentesime duodecime. At vero duodecim / sex octaue / q̄ttuor sexagesime quarte / et vna quingentesima duodecima cōtinent octo semel et amplius q̄ octonozū dimidium: qm̄ cōtinet octo semel ⁊ dimidium: et insup sex octavas / quattuor sexagesimas quartas / ⁊ vnā quingentesimā duodecimam vnus. igitur per decimam huius a cōtinet e semel ⁊ amplius q̄ eius dimidium. supat itaq; a e intervallo quattuor sesquioctavis p̄fici: sesquialterum intervallo. quod erat monstrandum.

**¶ Quinq; coniūcti sesquioctavi: minus duplici intervallo coniūgunt.**

20

¶ Nam p̄ vndecimam huius duplex intervallo ex duobus maximis supparticularibus: sesquialtero scz et sesquitercio p̄fici. at p̄stitutis quinq; sesquioctavis tres p̄mi sesquioctavi: per decimā octavā huius minus sunt sesquialtero intervallo. ⁊ duo sequētes sesquioctavi qui vna cū tribus p̄oribus quinq; cōplent: per decimā septimam huius minus sunt sesquitercio. coniūgunt igitur quinq; sesquioctavi minus duplici intervallo.

**¶ Sex proportiones sesquioctave: maiores sunt vno duplici intervallo.**

21


531441						262144	¶ g sex sesqui-
a	b	c	d	e	f	g	octavi cōiūcti.

¶ Sit a g intervallo sex p̄fici sesquioctavoz: ita vt a ad b sit primus sesquioctavus / b ad c scd⁹ / c ad d tertius / d ad e quartus / e ad f quintus: f aut ad g sextus. dico qm̄ a ad g amplius est duplici intervallo. Qm̄ enī a ad b sesquioctavus est: ergo per octavā huius octo a equi sunt nouem b. et nouem b per eādem equi sunt decem c / ⁊ octaue vnus. et decem c ⁊ octava vnus: equa sunt vndecim d / tribus octavis / et vni sexagesime quarte vnus. et vndecim d / tres octaue / et vna sexagesima quarta vni⁹: equātur duodecim e / sex octavis / q̄ttuor sexagesimis quartis / et vni quingentesime duodecime. duodecim aut e / sex octaue / quattuor sexagesime quarte / et vna quingentesima duodecima: equantur tridecim f / decem octavis / decem sexagesimis quartis / quinq; quingentesimis duodecimis / et vni quarte millesime nonagesime sexte. At vero decem octaue vni cōtinent integrum ⁊ insup duas octavas. quo fit itez vt duodecim e / sex octaue / q̄ttuor sexagesime quarte / ⁊ vna quingentesima duodecima: equētur q̄ttuordecim f / duabus octavis / decem sexagesimis quartis / quinq; quingentesimis duodecimis / et vni quarte millesime nonagesime sexte. At vero q̄ttuordecim f / due octaue / decem sexagesime quarte / quinq; quingentesime duodecime / et vna quarta millesima nonagesima sexta: equa sunt quidecim g ⁊ octo octavis eius (hoc est equa sunt sedecim g) duodecim sexagesimis quartis / quindecim quingentesimis duodecimis / sex quartis millesimis nonagesimis sextis / ⁊ vni tricesime secunde millesime septingentesime sexagesime octaue. At sedecim ⁊ duodecim sexagesime quarte / ⁊ relique sequētes particule: continent octo bis et amplius. igitur per decimā huius a ad g maior ē duplici intervallo. sex igit sesquioctavi maiores sunt vno duplici intervallo: vt intēdit p̄positio. ¶ Et si hec p̄positio quo ad suā demonstratiōez nōnullis subdificilioz videat: hoc tccirco pueniet q̄ illis p̄optitudo. vt ediq; habilitas octaue. none. ⁊ decime hui⁹ deerit. iccirco par cōsentaneūq; erit eos qui in musicis modulatiōibus ⁊ eaz p̄replatiōibus se exercitare volent: multos sesquialteros / deinde sesquitercios / et alios sequentes supparticulares colligere: quousq; vsus colligendaz p̄portionū ipsis iam sit factus p̄uis / patensq; ⁊ q̄si iam ipsis domesticus.

**¶ Primi Elementorum Musicalium finis.**


**C**onsonantia est soni grauis/acutiq; mixtura: suauit/ vniformiterq; auribus incidens: ex multiplici aut supparticlarum ratione pfecta. **D**issonantia est duorum sonorum non se natura suauiter miscantium: ad aurem pueniens aspera/iniocundaq; percussio. **T**onus est consonantie principiu: ex soni ad sonum sesquioctaua pportione pueniens. **S**emitonium minus qd et diesis dicitur: est toni pars: qua sesquitercia pportio duobus tonis maior est. **S**emitoniu maius quam  $\tau$  vocant Apothomen: est toni reliqua ps: et qua ipse semitoniu minus supat. **C**omma est quo sesquioctaua pportio: duobus semitonis minoribus maior est: qd et idem est quo Apothome semitonium minus vincit ac superat. **S**chisma est coma tis dimidiu. **D**iaschisma e dimidium semitonij minoris. **H**emispherium: musicu est instrumentum per qd aut neruo aut chorde vt decet suppositum: semitonia/tonos/ psonantiasq; /z consonantiaru particulas: ad sensum puestigamus. **S**onus emmelis is est quo apte vtimur in melo. **E**cmelis vo is dicitur: que melos/concentusq; non admittit. **E**quales soni atq; similes dicuntur: qd ex eadem interualli pportione nascuntur. **N**umeroru atq; interuallozum pars ea maior est: que a minore numero denotat. et minor que denotatur a maiore. **M**ultiplex pportio maior est: qua maior denotat numerus. et minor: que denotatur a minore. **S**upparticularis pportio maior est: que a maiore denotatur parte. minor aut: que denotatur a minore.

**1** **T**onum super datam chordam collocare.



**S**it a b c chorda quecuq; supra qua iubeamur tonu collocare: diuido p tertiam petitionem chorda a b in nouem equas portiones: ita vt c b illaz nouenaru octo teneat  $\tau$  a c vniam. dico qm a b  $\tau$  c b tonu pntinet/ pstitutuq; supra data chordam esse tonum. Nam totu chorde spaciū a b pntinet spaciū c b  $\tau$  insup octauam eius parte: qd a c vni illaz octauaz equa str. igit per diffinitionem spaciū a b epogdoū: sesquioctauūq; est spacio c b. quare per primam petitionem ea erit soni totius chorde a b ad sonum c b pportio. Est itaq; tonus in chorde a b qui in epogdo/ sesquioctauazq; ratione consistit: collocatus.

**2** **T**onum tono et quotquot libuerit: in data chorde subiungere.



**S**it data chorde a b in qua ppositum sit tres psequetes tonos subiungere partioz per tertiam petitionem vt in precedenti factum est spaciū totius chorde a b in nouem equas portiones. et in nota octaue portiois pono c: ita vt b c octauas illaz nouem partium teneat. manifestu est per precedentem a b  $\tau$  c b esse tonum. et per eadem petitionem partioz spaciū c b in nouem equas portiones. et in tercio octaue partice pono d: ita vt d b pntineat octo eaz partium quaz c b nouem pntinet. per precedentem c b ad d b sonat tonum/ estq; iam vni tono: tonus vnus subiuctus. Rursum spaciū d b p simili modo in nouem equas portiones diuido:  $\tau$  notam octaue sectionis littera e designo: ita vt e b octo eaz partiu cōtineat: quaz d b pntinet nouem per precedentem d b ad e b resonat tonum. sunt igitur in data chorde a b tres pntinue subiucti toni: scz a b/ c b. c b/ d b. d b/ e b. qd erat ppositum. et hoc pacto quotquot lubet subiungere qfacillimu est. Et si id sensu experiri/ deprehendereq; cupias post pulsuz toni chorde a b suppone hemispherium chorde a b in signo c: ita vt sola perstrepat resonetq; particla c b et sensus iudicio dephendes soni totius a b ad sonu c b esse toni interuallū. qd si hemispheriu trāffers ad notam d: ex pulsu c b  $\tau$  d b itez tonum deprehendas. sed ex totius a b sono ad sonu particule d b duos tonos/ duozq; tonozum infuallū perpendet auditus. et hoc pacto sensuum iudicijs quotqt voles tonos dephendēdos cōmitteres: et eoz mixturas tum suaues/ tum incōcinnas (quas auditus tanq; offensus horret refugitq;) decernendas.

**3** **T**onozum continuatozum: minimos numeros assignare.

59049	52488	46656	41472	36864	32768	Quinq; tonozum adinuicem conti-
n	o	p	q	r	s	nuatozum minimi numeri.
6561	5832	5184	4608	4096		Quattuoz tonozum adinuicem cō-
h	i	k	l	m		tinuatozum minimi numeri.
729	648	576	512			Trium tonozum adinuicem conti-
v	e	f	g			nuatozum minimi numeri.
81	72	64				Duozum tonozum adinuicem con-
a	b	c				tinuatozum minimi numeri.

**S**i duo/ tres/ qttuoz/ quinq; aut quotlibet toni sint pntinue in neruo pstituti: sic eoz mimos numeros reperiemus. **Q**ui eni nouem  $\tau$  octo mimi sunt numeri toni duco nouem in se  $\tau$  pueniat a:  $\tau$  nouem in

octo et pueniat b: et octo in se et pueniat c. per vicesimātertiam tertij Arithmetices inf a b et b c sunt duo sesquioctavi in minimis numeris pificti / et p inde duo toni in minimis numeris pnuati. Et si nouē duco in a b c et octo in c et surgant d e f g. per eandem inter d e f g tres sunt in minimis numeris sesquioctavi cōstituti: quare d e f g sunt trium cōtinuatorū tonorum mīmi nūeri. Et si ducis nouem in d e f g et octo in g et surgāt h i k l m per idem qd prius h i k l m quattuor pnuatorū sesquioctauorū mīmi sunt nūeri: quare et quattuor cōtinuatorū tonorum. Et si rursum hoc pacto ducis nouem in h i k l m et octo in m et surgant n o p q r s: ipi erūt quinqs cōtinuatorū tonorum mīmi numeri. et hoc modo quotquot tonorum voles mīmos numeros reperias. Attamen in modis musicis tot cōtinue subiūgere opus non est: sed tonis semitonia subiūgunf: de quibus posterior pprius / accōmodusq; expectāus est sermo.

**¶ Spatio quolibet per quotlibet equa spacia diuiso: totius ad totam prime sectiōis partem minor est pportio: q̄ eiusdē partis ad totam reliquā prime sectiōis partem. Quo fit vt quanto tonus tono subiūgit acutior: tanto ipm ptractiora p tincāt spacia.**

a	c	d	e	f	g	h	i	k	b
---	---	---	---	---	---	---	---	---	---

**¶** Cho:dam / neruū / tibiam / eflatū / aera / es tinnulū et quicqd sonū edit in harmonicis modis (vt iam quoq; dictū est) spacium nūcupamus: in quibus analogie ratio vim naturāq; seruat eādē. Sit ergo a b totum spacium per a c / c d / d e / e f: et reliquas nouem equas partes vt fit in interuallo toni habendo diuisum: quotq̄t enī alias posueris idem valuerit. dico minorem eē pportioē a b ad c b q̄ c b ad d b. Nam cū a b positū sit in nouem equas partes per medias nctas c d e f et reliquas diuisum: c b cōtinet solū eaz partū octo: quaz a b p tinet nouem. ergo a b p tinet spacium c b et eius octauam partem. sed et cū c b octo partes partē c d equas p tineat: ergo d b p tinet partū totaz solū septē. ergo c b p tinet spacium d b et insup eius septimā partem. at octaua ps per diffinitōem minor ē parte septima: igit̄ itex per diffinitōem a b ad c b pportio / supparticularis minor est q̄ c b ad d b vtpote q̄ a minore parte denoietur. est enī hec a septima parte sesquiseptima pportio: illa x̄o ab octaua sesquioctaua. Et hāc nō modo in supparticularib⁹: verū et quibuslibet medietatibus demōstrat pma decimi Arithmetices vbi scz ratio medietasq; arithmetica cōperiat. qd et in dicta spacij diuisiōe et sumpta (vt ppositū est) pportione: inuentū pspiciebat. **¶** Correlariū x̄o hinc cognoscat q̄ totū per quartam petitionem ad suam partem graui⁹ sonat: pars aut ad suū totū acutius. Itaq; si tono a b et c b tonū subiūxeris: subiūctus erit acutior. Et qm spacium c b in nouem equas partes partiref: quaz quelibet mīor erit spacio c d qd eius octaua est: nam quelibet eaz est nona et a maiore nūero denoīata. erit igit̄ et quelibet eaz nouem partū mīor: spacio a c. equa sunt enī a c et c d. et hoc pacto de quibuslibet subiūcti acutiorib⁹ tonis eēt dicēdum. manifestū est igit̄ vt quāto tonus tono subiūgit acutior: tāto ipm ptractiora p tincāt spacia.

**¶ Medio extremitatū toni spacio in duo equa diuiso: ton⁹ mīme in duo secāt cōlia.**

a	c	d	e	f	g	h	i	k	b
l	m	n	o	p	q	r	s	t	

**¶** Hec et sequentia intelligūt vt tonus mīme in duo equa ratione geometrica dirimat: non autem arithmetica. nam et hic tonus toniq; interuallum in duo equa rōne arithmetica dirēptum est. diuido ergo spacium a b vt prius in nouem equa spacia: per notas a / c / d / e / f / g / h / i / k / b manifestū est a b et c b esse toni extremitates / tonūq; cōtinere. dico ergo qm a c medio harsū extremitatū interstitio in duo equa p signum l dirēptō: tonus mīme in duo equa partiaf / q̄q; sonus a b et l b equalis non sit l b et c b. diuido enī singula reliquoz octo equaliū spacio:ū p simili modo p equalia per notas m / n / o / p / q / r / s / t: manifestum est totū spacium a b diuisum eē in 18 equalia spacia que sunt a / l / c / m / d / n / e / o et reliqua. ergo per precedētem mīor est pportio a b et l b q̄ l b et c b. est enī hec sesquiseptadecima: illa x̄o sesquiseptadecima. non est ergo tonus hoc pacto in duo equa diuisus. et soni a b l b / et l b c b p diffinitōem adinuicem inuales: quiquidem soni ecmeles sunt / musicoq; melo perparū apti.

**¶ Toni spacio hoc modo diuiso: totius medie sectionis sonus: maioris extremi toni sonum acumine: minoris vero grauitate superat.**

a	c	d	e	f	g	h	i	k	b
l									

**¶** Sit a b vt in precedēti iam dictū est diuisum: itavt a b ad c b recrepet tonum. dico qm sonus l b acumine superat sonū a b. q̄q; idem sonus l b grauitate vincit c b. Nam a b totum est et l b eius pars: ergo per quartam petitionem a b grauidorem sonū edit et l b graciliorē. et per eādē qm l b totū est ad c b: sonus l b grauior est sono c b. superat ergo l b malus toni extremum acumine: et minus grauitate. quod propositum erat demonstrandum.

**¶ Tonum in duo equa: certo / cōstitutoq; numero diuidi impossibile est.**

**¶** Nam per quintam pumi huius nullū supparticulare interuallum in plura equalia dirimit: et que pportio spaciozū inualli inter se ea quoq; est et soni ad sonum. Atqui tonus ex supparticulari nascit̄ interuallo. nascit̄ enī ex epogdoā / sesquioctauaq; ratōe. igitur tonus mīme in duo equalia dirimitur / diuidit̄q;. imo x̄o neq; in plura duebus equa: vt in tria aut quattuor. **¶** Ex quo facile cognoscat̄ Aristoxenus muscus aurū iudicio cuncta cōmittēs perparū eē pbāus. qui semitonia secus q̄ Pythagorici non arbitrat̄ esse dimidio tono ptractiora: sed quēadmodū semitonia dicūtur: ita quoq; et esse integra tonorum dimidia. Hec minus Martianus felix simili lapsus errore deprehēdit: qui nō modo



7 septem et productum diuidendo per 17 et veniet 18 septimodecime: que unum complent integrum / vnam septimodecimam. Est ergo vnitas 7 vna vnitate septimodecima date summe decem 7 octo p r vna septimodecima. Si vero summe decem 7 septem volo partem octauam repere: duco 17 in octo 7 ad productum fuerit diuidendo per octo 7 pueniet 17 octaue q̄ duas vnitates 7 vnam octauam efficit. erit q̄ duo 7 octaua vnus totus sume 7 decem 7 septem pars octaue. q̄d querebat. Et ita in quibuslibet se quis valeat exercitare: habent tñ q̄ particulari / exemplarij demōstratiōe sunt ostensa: ad sequentia p̄odus ac momentum.

**¶ Si duo inaequales numeri ad eundem minorem comparentur: maioris ad ipsum maior est proportio / et minoris minor.** 11

9	8	7
B	b	c

¶ **¶** Sint a b duo inaequales n̄eri quorū a sit maior / et b minor: qui comparētur ad eūdem minorem c. dico a ad c maiorem eē p̄portioem q̄ b ad c. Nam cū per octauam petitiōem extremorū a ad c p̄portio p̄posita sit ex p̄portioibus a ad b 7 b ad c vt suis partibus: ergo p̄portio b ad c pars est p̄portiois a ad c et p̄portio a ad c totū. et cū per vltimū cōmune p̄loquium om̄ne totū minus sit sua parte: igitur p̄portio a ad c maior est p̄portione b ad c. et ita de quibuslibet alijs simili argumēto est agendum.

**¶ Seseptadecima p̄portio: integrum toni dimidium superat.** 12

B	c	d	e	f	g	h	i	k	l
1	m	n	o	p	q	r	s	t	

¶ Quia huius monstrauit medio extremorū toni spacio in duo equa diuiso: tonū mīme in duo equa geometrice partiri: et sectionem hinc 7 inde alit̄m̄ecus seseptimodecimā / et seseptadecimā retinere p̄portioem. Hec vero ostēdit seseptadecimā p̄portioem que illic ex parte intensiois acuminisq̄ relinquit: hemitonio / integroq̄ toni dimidio esse maiorem. et sequēs mōstrabit seseptimodecimā ex grauiori parte sumptam: eodē toni dimidio esse minorem. Sit ergo vt in quita huius spacio a b in decem 7 octo equas partes per a c d e f 7 reliquas notas diuisum. itavt a b eaz partū ptineat decem 7 octo / 7 c b sedecim / 7 l b decem 7 septem. manifestū est a b 7 c b vt prius visum est esse tonum: et l b 17 ad c b 15 eē seseptadecimā quā habitudinem dico esse integro semitonio maiore. qm̄ enī per decimam huius vnitas 7 sextadecima vni⁹: est summe decem 7 septem pars sextadecima. q̄ si eidē sume adiciat̄ fient decē 7 octo / et sextadecimavni⁹. at octodecim 7 sextadecimavni⁹ ad decē 7 septem p̄ diffinitioez est seseptadecima. Sunt q̄ decē 7 octo 7 sextadecimavni⁹ ad decē 7 septem et decem 7 septem ad sedecim due p̄iuncte seseptadecime. sed decem 7 octo 7 sextadecimavni⁹: p̄ precedentem maior est seseptadecimā ad sedecim. Nam decem 7 octo ad sedecim vt prius visum est: seseptadecimā est. igit̄ seseptadecima bis aucta tonum / toniq̄ interuallum trāscēdit. quare p̄ nonum p̄loquiū seseptadecimā p̄portio integrū toni dimidium superat. quodq̄ enī bis auctū trāscēdit aliqd̄: id vltra eius dimidium eē necesse est. Ex quo valētiore iure cognoscit̄ seseptadecimā 7 oēm p̄portioem seseptadecimā maiorem: integro toni dimidium superare.

**¶ Seseptimodecima: minor est integro toni dimidio.** 13


19	1	19	1	18	17	B ad b seseptadecimā septimam p̄portioem
d	8	c	17	a	b	ptinet: q̄ integro toni dimidio p̄tractior est.

¶ Sint a decem 7 octo interualli partes 7 b decem 7 septem / c decem 7 nouem 7 vna septimodecima / d vero decem 7 nouem 7 vna octaua. per decimā huius a ad b est seseptimodecima. et c ad a similis seseptimodecima. sunt ergo c ad b due seseptimodecime adiuicem coniuncte. sed et p̄ eandem d ad b seseptadecimā est atq̄ tonus. d enī cōtinet b 7 eius partem octauam. at d ad b p̄portio maior est p̄portioe c ad b. nam vnus ps octaua maior est vna septimodecima. ergo seseptimodecima p̄portio per decimum p̄loquiū minor est integro semitonio. qd̄ enī duplatū non implet integrum: neq̄ id quoq̄ cōtinet dimidium. Est ergo notum seseptimodecimā p̄portioem integro toni dimidio esse minorem.

**¶ Integram toni medietatem: inter seseptadecimā 7 seseptimodecimā proportioem cadere necesse est.** 14


¶ Nam per duodecimā seseptadecimā maior est toni dimidio: 7 p̄ decimā tertiam minor est eodē toni dimidio. at per cōm sc̄lētiam inter minus atq̄ minus dimidio: p̄m̄ dimidiū cōsistere necesse est. ergo integrum toni dimidium inter seseptadecimā et seseptimodecimā cadere necesse est. Sed id in noto / integroq̄ numero nullo pacto vt septima huius mōstrauit fieri cōtinget: vt neq̄ in geometricis diameter quadrati: eius coste certo / p̄stitutoq̄ numero cōmensurari potest. Sed hoc vltimū ex altero loco requirendum est.

**¶ Semitonium minus: duobus tonis in chorda subiūgere.** 15




**I**ntelligit semitonium subijgi qñ ex acuriori parte duob<sup>9</sup> quidē tonis ad grauiorem ptē relictis ipm semitonium collocat. pzeisigi x<sup>o</sup> qñ ipm ex parte remissiori duob<sup>9</sup> tonis adhibet. Continuo ergo per scdam hulus duos tonos in chorda a b per notas a c d b. sitq; a b c b: primus. et scds sit c b d b qui quita per diffinitionem in sesquioctaua pportioe consistit: et per decimas septimā primi hui<sup>9</sup> due sesqui octauē minores sunt sesquitercia pportioe. erit ergo a b et d b minus sesquitercio. diuidō ergo a b in quattuor partes equas: et in tritu tertie sectionis, facio notam e. ita vt e b tres eaz quartarū cōtineat: per diffinitionem igitur a b ad e b sesquitercia pportio est. sed sesquitercia pportio a b et e b superat duos tonos a b et d b in pportioe d b et e b. est igit d b et e b per descriptionem semitonii minus duobus tonis: vt propositum erat subiunctum.

16 **S**emitonium minus: duobus tonis preponere.



**F**acio a b ad e b sesquitercia interuallū et diuido c b in octo equas partes et supra c versus a: facio d c vñ eaz octo partium equā: ita vt d b eaz partiu nouem ptineat. et per diffinitionem d b et c b vnum ptituū tonum. Similit diuido d b in octo equas partes: et vñ eaz ad lūgo supra d p notam e. quare itez e b et d b erit tonus. suntq; duo toni e b et c b. sed a b et c b sesquitercia pportio: maior est duobus illis tonis in pportione a b et e b. est igitur per diffinitionem a b et e b semitonium minus. qd cum sit duobus tonis prepositum: qm ex parte remissa illis adiectum. factum est propositum.

17 **D**uobus tonis: diesim / semitoniiq; minus interponere.



**I**dem diesim atq; semitonii minus hic (vt iam quoq; dictum est) intelligimus. Sit ergo a b et c b vt in precedenti sesquitercia pportio in tota chorda a b. ab a: versus: intēdo tonum per notam d. et ab c versus a remitto tonū vt in precedēti factū est per notam e: ita vt a b et d b sit tonus / et similit e b et c b tonus. manifestum a b et c b sesquitercia pportioem superare duos illos tonos in media pportioe d b et e b. est igitur per diffinitionem d b et e b semitonii minus duobus tonis interceptū et ppositū.

18 **S**emitenū minoris mimos numeros reperire: et quomodolibet semitonii minus in chorda vna aut pluribus collocare.

324	288	256	243
f	g	h	k
81	72	64	
c	d	e	
9	8		
a	b		
+	3		
l	m		

**S**it a nouenarius et b octonarius minimi numeri toni. duco a in se / et a in b / et b in se / et cōsurgant numeri c d e. inter quos per sextam quarti Arithmetices erūt duo sesquioctauū / duob<sup>9</sup> toni in minimis pñuati. Sit ptesea l quaternarius et m ternarius. duco l in c d e et pvideat f g h: inter quos p septimā secūdi Arithmetices similit cōiūcti sunt duo sesquioctauū / et pvideat duo toni. duco ptesea itidē m in c et pueniat k p octauā secūdi Arithmetices f ad k est pportio sesquitercia q p 17 primi hui<sup>9</sup> maior est f h et differētia ē h k. dico ergo h k esse mimos nūeros semitonij minoris. qñ sint numeri semitonij minoris per diffinitionem notū est. sed q mimi: id iam declarandū est. Nam qz c e sunt in sua pportioe mimi: per decimā octauā tertij Arithmetices sūt ptra se pmi. et qz etiā l et a quaternarius et nouenarius sunt cōtra se primi. ergo per vndecimā tertij Arithmetices l est pmius ad c. et per decimā eiusdem h qui nascit ex l et e pmius eidē numero c: erit primus ad c. Rursus m et b ternarius atq; octonarius sunt adinuicem pmi. ergo p vndecimā tertij et m primus est ad e sed et cū l / m quaternarius et ternarius sint etiā primi: ergo per decimā eiusdem m etiā primus est ad h. Cū ergo c et m mōstrati sunt primi ad h ergo per eadem decimā tertij numerus k ex c et m pductus: primus est ad h. sunt itaq; h et k semitonij minoris numeri adinuicem primi: quare per vicesimā tertij Arithmetices in sua pportione mimi. qd est ppositū quo ad hoc. Et data quacūq; chorda si eā diuides scdm nūerū h et eaz partiu accipias scdm numerum k numeros scz semitonij minoris vbilibet in eadem chorda pstrutū erit semitonij minoris interuallum. In diuersis aut facillime idem feceris: si eas chordas equales eqliter tensas vñ sonasq; posueris / et partiaris eaz quacūq; voles scdm h quaz partium alterius acceperis scdm k erit tum in pluribus chordis semitonij minoris constitutum interuallum. quod est totum propositum.

19 **S**emitonium minus in minore qz sesquiseptimadecima sit: pportione consistit. Quo sit vt regula semitonij sumendi: non sit differētiā extremorū toni in duo equa partiendo.

324	288	257	5	256	243
f	g	h	17	h	k

**S**int vt in precedenti h k minimi numeri semitonij minoris vt ducenta quinquaginta sex et duceta quadraginta tria. capio p decimam huius: septimadecima partem nseri k ducentozu scz quadrginta trium/ eritq quattuordecim et quinq septimedecime. addo itaq quattuordecim et 5 septiadecimas ad k et fiat l numerus 257 et 5 septimedecime. erit ergo nserus l ad k sesquiseptimusdecimus. at l du- ceta qnquaginta septē et qnq septiedecime trāscēdit h qui solū est ducētozū qnquaginta sex. p̄sistet itaq semitonij minus per vndecimam huius in mīore p̄portioē q̄ sit p̄portio sesquiseptimadecima. quare et a fortioze in minore cōsistit p̄portioē q̄ sit sesquiseptadecima. Correlarium hinc notum est. Nam hoc pacto partiēdo extremozū toni spacium: ex quita huius cognoscitur sesquiseptadecia atq̄ sesquiseptimadecima altrinsecus constitui: quaz vtraq̄ presens mōstrauit semitonij minoris habitu- dinem esse minorem.

**S**esquioctauadecima p̄portio: semitono minore rursus maior euadit.

20

256	1	256	243
c	2	a	b

**S**int a b mīmi numeri semitonij minoris per decima octauā huius reperti scz duceta quinquagita sex/ et ducenta quadraginta tria. capio per decimā huius octauā decimā partem nseri b: quā reperio esse tridecim et semis: quā quidē addo numero b/ fiatq̄ aggregatus c. tunc c ad b sesquioctauadecima p̄portio est. at c maior numerus est a. nam a dūtaxat cōtinet ducenta quinquaginta sex: c v̄o equaliū partiū totidē et insup semissem vnus. est igit̄ sesquioctauadecima p̄portio semitono minore maior.

**S**esquinonadecima: est semitono minore minor. Quo fit vt semitonij minus inter sesquioctauadecimam/ et sesquinonadecimam consistat collocatum.

21

256	255	15	243
B	c	19	b

**S**int vt prius mīmi termini semitonij minoris a et b: dūco sesquinonadecimā p̄portioē minorem esse p̄portione a ad b. capio enī per decimam huius: nonadecimā partem numeri b: quā inuenio esse duodecim et quindecim nonadecimas. quā partem adūcio numero b et fiat c. p̄portio c ad b est sesqui- nonadecima. sed a maior est q̄ c. igitur p vndecimam huius maior est semitonij minus sesquinona- decima p̄portioē/ atq̄ sesquinonadecima p̄portio semitono minore minor. Correlariū v̄o vt decima quarta huius notum esse potest.

**S**emitonium maius: in data chorda constituere.

22

a	c					b
---	---	--	--	--	--	---

**S**it a b et c b semitonij minoris interuallum. diuidō cb in octo partes equas: quibus equam facio partem cd. ita vt d b nouem p̄tineat. ergo d b et c b erit tonus. demo igitur a tono d b et c b semitonij minus scz a b et c b/ relinquetq̄ d b et a b toni reliqua pars et qua ip̄e semitonium minus superat. igit̄ per diffinitioē d b et a b semitonium maius est in data chorda (vt p̄positū erat) cōstitutū. et quē ad- modum semitonium maius collocasti ad partem grauiorem ita quoz ad partem acuminis collocare facillimum esset.

**S**emitonij maioris: minimos numeros reperire.

23

2187	2048		1944
e	d		c
	256		243
	a		b
		8	
		f	

**S**int a b minimi numeri semitonij minoris ex decima octaua huius reperti et f octonarius. quā ex demōstratioē decime octauē huius f octonarius primus est ad b. ergo f non numerat b. non habet igit̄ tur b octauam partem. duco igitur f in b et a et cōsurgant c d: per septimam secūdi elementoz Arith- metices d ad c vt a ad b. est igitur inter d c semitonium minus/ semitonijq̄ minoris interuallum. et qz c habet p̄tem octauā vt b: addo eidem nsero c p̄tem octauam eius b: et coaceruatus fiat e. cōtinet igit̄ e numerum c/ et partem eius octauam. quare e c tonus. et quia ton⁹ e c superat semitonij minus d c



2187  
2048  
139  
102  
37  
28  
9  
1

**C** Dico duo / tria / et quattuor in seinuicem: et numerū inde surgentem atq; pductū qui hēbit scām tertiam et quartā: pono totius linee numerum quē iccirco voco numerum a b ab quo demo quartam partem et reliquus sit c b: et erit p̄mus numerus ad ipm sesquitercius. quare diatessaron. et ab eodez numero demo partem tertiam et residuus sit d b: eritq; a b ad d b sesquialter: quare cōsonantia diapente. et itē ab a b diduco ptem mediā et residuus sit e b: eritq; a b ad e b duplus. q̄circa diapason consonantia inter eos exurget. et nūeri a b sumo solā tertiam q̄ sit f b: erit ergo a b ad f b h̄tudo tripla. cōtinebūt igitur a b et f b diapason ac diapente. Rursum numerū a b sola quarta sit g b: erit a b ad g b quadruplus. quare a b et g b sunt numerū bis diapason. sunt itaq; totius chorde a b et cuiusq; sectionis eius fm assignatas consonantias designati numerū. quod erat demonstrandum.

**C** Quotcunq; harmonicas medietates assignare: inter quarū terminos eorūq; differentias omnes musice reperiantur consonantie.

Harmonice	12	8	6	Epitritus	b c	Diatessaron
Medietates	6	4	3	Demiolus	a b	Diapente
	a	b	c	Duplaris	a c	Diapason
Differentie		2	1	Triplaris	c c	Diapason diapente
		d	e	Quadruplaris	b c	Bis diapason.

**C** Harmonica medietas in Arithmetiis definita est qm̄ trium terioꝝ vt maximus ad m̄mū: ita d̄tia maiorū ad d̄tia minorū. Sit ergo c quicūq; nūerus partem tertiam habens que sit e: duplo c. sitq; duplatus a. manifestū est a ad e esse duplum. et q; c p̄inet tria e: ipm a p̄inet sex e. addo e ad c et fiat b

et erit notū b ad c esse sesquiterciū: et b cōtinere quattuor e atq; e esse dñam b ad c. Itidē q; b cōtinet quattuor e et a cōtinet sex e: a erit sesquialter ad b. et q; b equatur quattuor e / et a sex: ergo dñia a ad b equatur duobus e que sit d. quia enī d equat duobus e: ergo d duplus est ad e. dico ergo a b c datam esse harmonicam medietatem: inter cuius terminos a b c et eorū differentias d e oēs mūice consonātie reperiātur. nam a ad b maximī ad mīmū mōstrata est pportio eē dupla et sūter habitudo d ad e dñie scz maiorū ad differentiam minorū etiā ostensa dupla. sunt igitur per diffinitōem a b c termini in harmonicā medietate pstituti. At si b ad c cōpares mōstratus est sesquifertius: quare consonātie diatessaron interuallū. et si a ad b: mōstratus est sesquialter atq; hemiolus et diapēte interuallū. et si a ad c: duplū habes et consonantiā diapason. si vō c ad e cōtuleris: habes triplū: et p vicesimāquintā tertū consonantiā cōpositam diapason ac diapente. et si b ad e: quadruplū / et p vicesimāseptimam tertū bis diapason. at cū cetera mōstrata sint non eē consonātiās: cōstat diatessaron / diapente / diapason / diapason ac diapente / et bis diapason oēs consonātiās quibus in disciplinis se exercere solent musici: inter terminos harmonicē medietatis et eorū differentias: fuisse repertas. et si duxeris binariū in a b c et in illos q; inde puenierint et quoties volueris in pueniētes: ex septima secūdi Arithmetices cognoscere pōptum est toties cōstitui harmonicam medietatem cōsimiles inter suos terios et suozū teriozū dñias: cōsonātiās musicas seruātem. et idem fuerit si quēcūq; alterū numerum in illos terios duxeris. placuit tñ diuo Seuerino quadragesimo octauo capite secūdi sue Arithmetices ad oēs consonātiās musicas cōplectēdas: duas ordinare medietates harmonicās: vnā in duplari / et alteram in triplari. sed et idem etiā fieri posse vna sola constituta iam satis monstratum arbitramur.

53 **Quotlibet maximas harmonias quaz quolibet primordium consonantiarū / consonantiāsq; contineat omnes: constituere.**

Maxima har.	24	18	16	12		
Maxima har.	12	9	8	6	Epogdous	b c / Tonus
	a	b	c	d	Epitritus	a b / Diatessaron,
Differentie	3			3	Hemiolus	a c / Diapente
	c			f	Duplari	a d / Diapason
Differentie		4		2	Triplari	d h / Diapason diapēte
		g		h	Quadruplus	c h / Bis diapason.

Maximam harmoniam vocant qñ quattuor solidozū teriozū in geometrica medietate cōstituto ū: inter maxim / vnū mediozū et mīmū medietas Arithmetica p̄tinet: et rursū inter maxim teriozū / alterū mediozū / et mīmū cōtinetur harmonica. Medietas geometrica est qñ terminozū est pportio silitudo. Arithmetica vō qñ teriozū est differentiarū equalitas. quid Harmonica tam dicitū est. Solidi termini dicunt qui ex triū in se laterū ductu pducuntur. sed hec oīa ex Arithmeticas p̄notissima sunt. Primordium consonantiāz appellamus tonum. **C**apio ergo d numerū quēcūq; qui scōam et tertiam hēat: utq; eius secūda f et tertia h. duplo d et sit duplari a: quicquidē a duplus erit ad d. addo b ad d utq; cōpositus c. eritq; sesquitercius ad d. sed et cū a mōstratus sit duplus ad d: g per vndecimam p̄mi huius a ad c est sesquialter. **P**refea f scōam partem d addo ip̄i d et cōpositus sit b: certū est b ad d esse sesquialterū. q̄re p eadē vndecimam p̄mi a ad b est sesquifertius. **A**b a c igit qñ mōstratus ē sesquialter: ablato a b sesquitercio per quītādecimā p̄mi relinq̄tur b ad c sesquioctauus. **S**it p̄flea g dñia a ad c qz d p̄tinet tria h: c continebit q̄tuo: et a sex. ergo g dñia a ad c p̄tinet duo h. est itaq; g ad h duplus. et quia f est medietas d / et b est sesquialterū ad d: ergo b cōtinet tria f. est itaq; f tertia ps b. sed et a sesquitercius ad b addit sup eū tertiaz p̄tem ip̄ius b: ergo dñia a ad b que sit e c quaf f. dico ergo a / b / c / d maximā cōstituere harmoniam: que tonū consonantiarū elementum / et oēm cōplectif consonantiā. Nam a ad b mōstratus sesquifertius et sūter c ad d sesquitercius. cōtinēt igit a ad b et c ad d per diffinitōem: geometricam medietatem. et dñia a ad b maximī ad vnū mediozū est e. et b ad d eiusdē medij ad mīmū est f / et e et f mōstrate sunt equari. igitur per diffinitōem a ad b et b ad c constituūtur in Arithmetica medietate. sed et a ad d maximus ad mīmū mōstratus est duplus: et sūter g dñia a ad c maximī ad reliquū mediozū demōstrata dupla ad h dñiam c ad d eiusdem medij ad mīmū. igitur per diffinitōem a c d p̄sūt in harmonica medietate. **C**ōstat igit p̄ diffinitōem a / b / c / d si solidi sint cōstituere maximā harmoniam. q̄ si solidi non sint: duc quēcūq; nūerū in quēlibet ipsozū et pueniēt solidi in eisdem habitudinibus quoz cuiuslibet latera erūt vnitas / numerus in illos ductus et singuli eoz ad singulos: sicq; cōstabit maximā constitutam esse harmoniam. sed iam ostensus est b ad c sesquioctauus: igitur per diffinitōem b ad c cōtinet tonū consonantiarū p̄mordiū. et a ad b est sesquifertius. igit a ad b p̄tinet diatessaron. et a ad c mōstratus est sesquialter: igitur a ad c cōtinet diapente. et a ad d duplus: igitur a ad d diapason. et d ad h triplus: igitur d ad h diapason ac diapente. et c ad h mōstratus quadruplus: igitur c ad h cōtinet bis diapason. et quoties duxeris quēcūq; numerum in a / b / c / d aut in p̄ductos ex illis adiuuāte septima secūdi Arithmetices et diffinitōibus: toties cōstitues maximā harmoniā: tonum et oēs consonātiās continentem. est igit effectum qd̄ p̄ponebatur. Et ex hac intelligere potes esse demōstratum que diuus Seuerinus affert de harmonia cubi quadragesimonono / et de maxima harmonia quinquagesimo quarto capite secūdi sue Arithmetices.


54 **Dis numerus ternaria p̄gressionē ad se adiectus: oēm consonantiā in Arithmetica medietate complet.**

Consonantie Arithmetica medietate				A primavnitare				A scda vnitare				A terttavnitare			
3	6	9	12	1	2	3	4	10	20	30	40	100	200	300	400
duplus diapason				sesquialt <sup>o</sup> diates.				duplar				epitrit <sup>o</sup>			
sesquialt <sup>o</sup> diapente								diapas.				diates.			
triplus diapason diapē.								hemiol.				diapē.			
				Triplaris				diapa.diap				diapa.diapēte			
Quadruplus.bis diapason				Quadruplaris				Bis diapason				Bis diapason			

Intelligit ternaria pgressioe ad se addi numerus qsi additur pmo ad se semel/ deinde bis/ deinde ter. dico ergo quécunq; numeru ad se hoc pacto additum: oem cōstituet e consonantiaz musicam. Nam semel sibi adiectus: duplex ad se efficit/ et diapason consonantiam. et bis sibi additus: ad primā additiōem sesquialter cōstituit et diapente: et ad se triplū atq; diapason ac diapente. nam in pma additiōe bis/ et in scda ter cōtinetur. ter xō sibi additus ad scdaz additiōem facit sesquiterciū et diatessaron: nam primus nberus hic quater/ illi xō ter cōtinetur. et ad se quadruplū facit et bis diapason. in hac igitur pgressione ois cōtinetur cōsonantia musica. et qz cōtinue numerozū ex eius additiōe surgentū ipse numerus additus est differētia: ergo reperte consonantie in Arithmetica medietate continetur. et ex hac cognoscitur cur in oim vnitatum quaternaria pgressione que vbiq; denarū Pythagorici plenitudinem implet: oēs consonantie musice et in Arithmetica quidem medietate repertiātur.

Tonum et oem consonantiam simplicem: in duo equa partiri/ veracq; medietatum 35 puncta in chorda: geometrice monstrare.

Precedētes septima scdi/ et vicesimatertia tertū prædētū tonū/ diatessaron/ diapente ac diapason: in duo equa diuidi non posse. hec xō mōstrat quo pacto ea omnia possint in duo equa partiri. nec hoc quidē repugnat. Nā precedētes contēdunt id effici non posse Arithmetice certo/ cōstitutoq; numero/ atq; rationali habitudine: hec xō id effici posse geometricē sine numeri certa/ cōstantiq; ratione.



Si ergo data chorda a b superior: in qua iubeamur integrum semitonium/ et consonantiarū diatessaron/ diapente/ ac diapason vera media reperire. facio a b et c b tonum. a b et d b diatessaron. a b et e b diapente. a b et f b diapason eo qui in precedētibus mōstratus est modo. deinde in inferiori linea a c indefinite quāritatis capio a b equalē lineę superiori a b et b c p̄tinue equalē lineę b c superiori. et a puncto b versus c capio lineam b d equalē chorde b d et b e equalē chorde b e et b f chorde b f. et intelligo quatuor dimidios circulos a c/ a d/ a e/ a f. et a puncto b educo perpendicularē lineę a c ad circū: ferētias semicirculozū a c/ a d/ a e/ a f. et p̄cta vbi ees cōtingit lineę sint g/ h/ i/ k: at que p̄ s̄icta educo a g/ c g/ a h/ d h/ a i/ e i/ a k/ f k. at per nonā secti geometrie a b ad b g vt b g ad b c. factio igit in chorda superiore a b lineam b g equalē inferiori lineę b g et cū p̄portio a b ad b g vt b g ad b c vt p̄cōstēsūm est: seq̄tur tonum a b et c b esse in duo equa diuisū: et p̄ctū g esse medium veri semitonij signū. et per eādem que p̄portio a b ad b h ea sit b h ad b d. esto igitur h b in chorda a b equalis lineę b h per idē vt prius: ea erit p̄portio a b ad h b que h b ad d b. quare a b et d b diatessaron in duo equa partita est. et eodem pacto facta chorda i b superiori equali lineę b i. et chorda k b equali lineę b k: mōstrabis cō-

sonantias diapete & diapason in duo equa esse partitas. et re & a hoc pacto & a schismata atq; diaschismata / et dieses tetrarterias reperias assignat' comatis dieses atq; copleti semitonij intervallis et sumptis vt in precedentibus factum est medijs pportionalibus chordis. sed hec statim aliquid in geometricis exercitatis nota esse possunt. Nec aut posteaq; repereris disce (si liber) per chordam in voce tonum mediare et semitonium: et quacumq; voles in arte musica consonantiam.

**Tertij elementorum Musices finis.**

Armonica regula instrumentu est: quo cum (ratiois adhibito iudicio) consonantie / consonantiaruq; partes: in chorda perquiruntur. Adde rura tria sunt genera: Diatonicum / Chromaticu / Enarmonicu. Diatonicum genus: melos est cuius partitio per semitonium minus & duos tonos continue pcedit. Chromaticum: qd per duo inequalia semitonia & trihemitonium conscendit. Enarmonicu vo: qd per duas dieses conscendit et ditonum. Diesis hoc in loco semitonij minoris medietas est: ex differentie extremorum habitudinis eius: partitione pueniens: que & tetrarteria dicta est. sed vt eaz semp maior que acutior / et minor q grauior: reperiatu necesse est. Voces nerui / chordae / spacia: hoc ordine a graui in acumen nitentia in vnoq; melorum gne sunt nuncupata.

Grece nuncupationes	Nuncupationes latine.
Proslambanomenos	Acquisitus
Hypate hypaton	Principalis principalium
Parhypate hypaton	Subprincipalis principalium
Lichanos hypaton	Index principalium
Hypate meson	Principalis mediarum
Parhypate meson	Subprincipalis mediarum
Lichanos meson	Index mediarum
Adese	Adedia
Trite synezeugmenon	Tertia coniunctarum
Paranete synezeugmenon	Penultima coniunctarum
Mete synezeugmenon	Ultima coniunctarum
Paramese diezeugmenon	Submedia disiunctarum
Trite diezeugmenon	Tertia disiunctarum
Paranete diezeugmenon	Penultima disiunctarum
Mete diezeugmenon	Ultima disiunctarum
Trite hyperboleon	Tertia excellentium
Paranete hyperboleon	Penultima excellentium
Mete hyperboleon	Ultima excellentium

Adonochordum: est qd vnica chorda coninet modulatiōem. Tetrachordum: quod chordis quattuor. Polichordum vo: quod pluribus chordis id coninet q; quattuor. vt pentachordum: qd quinq;. hexachordum: quod sex. et ita de heptachordo / octochordo / ennachordo / decachordo / endecachordo / dodecachordo / tridecachordo / tetradecachordo / & pentadecachordo est intelligendum: qd vltimum oino quindecim constat chordis. Proslambanomenos: est in vnoq; genere: primo tetrachordo: u grauisimus neruus adiuctus: a primo primi tetrachordi neruo: toni infuallo distas. Tetrachordum conuictu: est cuius principiu est pcedentis tetrachordi finis. Disiuctum vo: cuius primordialis neruus in vnoquoq; melorum genere: a primo pcedentis tetrachordi finali neruo: vno tono disiungitur.

**T**etrachorda sunt quibus: Tetrachordū hypaton / Tetrachordū meson / Synezeu-  
gmenon / Diezeugmenon / Hyperboleon.

<b>T</b> etrachordum hypaton est:	Tetrachordum synezeugmenon.
hypate hypaton	Abesc
Parhypate hypaton	Trite synezeugmenon
Lichanos hypaton	Paranete synezeugmenon
hypate meson	Acte synezeugmenon
<b>T</b> etrachordum meson est:	Tetrachordon diezeugmenon .
hypate meson	Paramese diezeugmenon
Parhypate meson	Trite diezeugmenon
Lichanos meson	Paranete diezeugmenon
Abesc	Acte diezeugmenon
	<b>T</b> etrachordum hyperboleon
	Acte diezeugmenon
	Trite hyperboleon
	Paranete hyperboleon
	Acte hyperboleon

**M**odū hic vocamus remissionem aut intensionem oīm tetrachordorū gradatim  
in aliquo genere melorum: sui generis progressionem seruans.

**M**odi sunt septem.

<b>P</b> rimus hypodorius	1
<b>S</b> ecundus hypophrygius	2
<b>T</b> ertius hypolydius	3
<b>Q</b> uartus Dorius	4
<b>Q</b> uintus Phrygius	5
<b>S</b> extus Lydius	6
<b>S</b> eptimus Mixolydius	7

**M**onochordi regularis partitionem: in diatonico genere demonstrare.


**Q**uāuis instrumēta musices q̄pluria reperiātur vt Lithare / Libie / Tuba / Tuli / Multiforatile  
fistule: Dextre / Leue / Simples / Duplices: in quib⁹ vno spiritu animādis vt inquit Apuleius. ferē  
Diaguis Lydorū rex Marsles pater pmus in canēdo manus discapedinasse: pretea vt Pelte / Chor-  
vacille / Sambuci / Hydraule / Habille / Psalteria / Magades / Barbiti / Haula / Pērades / Cornua /  
Heptagona / Mele / Testudo / Barbatū / Plectra / Monochorda / Tetrachorda / Polychorda: et cetera  
in gen⁹ musica instrumēta. placuit tñ Philosophis in Monochordis / Tetrachordis / atq; Polychor-  
dis monstrādis: ceterorū nos intelligere rōem / atq; compositionem. quocirca vt de Monochordorum  
et Tetrachordorū compositione intelligemus: ita de reliquis est intelligendum. nunc ergo ad Mono-  
chordi regularis nos ostensionem cōuertamus.

Monochordi diatonici.	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q	r
	<b>T</b>	<b>S</b>	<b>T</b>	<b>T</b>	<b>S</b>	<b>T</b>	<b>T</b>	<b>T</b>	<b>S</b>	<b>T</b>	<b>T</b>	<b>S</b>	<b>T</b>	<b>T</b>			
	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q	r		
	<b>T</b> onus								<b>S</b> Semitonium minus								

**M**onochordum igit̄ reglarē iccirco dicitur q̄ in vnico neruo musice consonātie harmonica regula  
peruestigētur. Sit ergo a b chorda in qua volumus in diatonico ghe cōsonātas regularitē collocare.

Accipio c planissimā regulam / nullaq; ex parte subsultātem: equalem linee a b. et per primā & decimā octanam secūdi huius ab c in d intēdo tonum. et ab d in e semitonū minus. et ab e in f & f in g intēdo duos tonos. et ab g in h semitonū minus. ab h in i et i in k duos tonos. Rursus ab k in l tonum. et ab l in m semitonū minus. ab m in n et n in o duos tonos. ab o in p semitonū. ab p in q et q in r duos tonos. ita q; continue semitonio minori subiecti sint duo toni: vēptis c d qui p proslambanomeno pmo semitonio ppositus est tonus: et k l tono qui tetrachordi diezeugmeni hoc est disiecti principii est. Rursus applico totam regulā harmonicā ex toti chorde a b. itavt c sit cum a / et r cū b. et in chorde a b vbi applicatur d / e / f / g / & relique sectionum regule note: signo d / e / f / g / h / i / k / l / m / n / o / p / q et dico monochordū a b esse in gñe diatonico regulariter divisum. Quā enī sua intervalla intervallis regle c r rident / eadēq; equalia a b et d b sonat tonū et d b et e b semitonū: et iterū e b et f b tonū continet. igitur a b et f b duos tonos & semitonū minus continens: per sextam tertij sonat diatessaron. Et quia f b et g b vt in regula continet tonum. et g b et h b semitonū minus. et h b a b. & i b & k b duos tonos. ergo per decimam tertij f b et k b tres tonos semitonūq; minus continens: cōcinat diapēte. Sed & mōstratū est a b & f b modulari diatessaron: q̄ per vicesimam tertij a b et k b q̄ ex cōsonātijs diatessaron & diapente cōsurgit coalitum: cōsonat diapason. Rursus k b et l b sonat tonum / l b et m b semitonū minus m b n b et o b duos tonos: quare k b et o b tres tonos & semitonū minus continens: per decimā tertij cōsonat diapēte. Sed a b et k b mōstrata est diapason cōsonātia: ergo a b & o b cōsonat diapason ac diapēte. Prefea q; o b & p b semitonū est et p b q b et b duo toni: ergo o b et b cōcinat diatessaron. k b igitur et b ex diapente / diatessaronq; cōstans: p vicesimā tertij cōsonat diapason. At x̄o a b & f b itidē mōstratū est cōcinere diapason. ergo a b & p cōcinat bis diapason. Et q; hec monochordi partitio per semitonū & duos tonos facta pcessit: et ee que modo mōstrate sunt cōsonantie harmonicę regule suffragio peruestigate: ergo monochordi regularis partitio in genere diatonico per definitiōem mōstrata est. quod est propositum.

1. **C** Monochordi regularis constitutionem: in genere Chromatico declarare.



In omni Monochordo / atq; Polyphordo hec obfuaā ppetas vt octava modo nota / modo chorde prime: et decimaquīta octave: in consonātia diapason recrepet. et vbiq; p proslambanomeno pteūgīf tonus / inferitq; vbiq; inter mesen atq; paramesen p concētu disiecto tonus. hoc est in monochordis a prima nota in scdam et ab octava in nonam collocatur tonus. Sit ergo a b vt prius chorde in qua volumus cōsonantias in genere chromatico regulariter reperire. capto c r regulam planissimā et illi assignare corde equā. facioq; per primam secūdi huius c d tonum: et p decimā octavā eius d e e semitonū minus: et itex per primam d f toni intervallū. erit ergo e f semitonū maius: et d e et e f duo semitonū: s; & ab f ad g metior tonum & semitonū min⁹: que equa erūt trihemitonio: et g h et h i facio duo semitonū: minus scz atq; maius et i l extēdo ad tonū & semitonū minus. Simili quoq; pacto l k fiat tonus: et l / m / n duo semitonū: et n o trihemitonū. et itex o / p / q duo semitonū: q r x̄o trihemitonū. Et regulā hoc pacto divisam applico ex equo linee a b: et in linea a b signo p̄similes & p̄sīb⁹ distātijs notas: scz a / d / e / f / g / h / i / l / l / m / n / o / p / q / b. quo pacto dico lineam a b esse regulariter in melodia chromatica divisam. Itā c d tonus et d f tonus et f g tonus & semitonū minus. quare a & g continent tres tonos & semitonū minus. ergo per decimā tertij a ad g cōsonat diapēte. et q; g h i continent tonū: et i l trihemitonū: igitur g ad l duos tonos & semitonū minus continens per sextam tertij modulari diatessaron. sed et a g pbata est diapente: ergo a l cōstans ex a g et g l diapente & diatessaron per vicesimam tertij cōcinat diapason. Et penitus eadem rōne pbaueris l o cōsonare diapente / et l b diapason. quare a o diapason ac diapente & a b recrepabit bis diapason: quā consonātia nos trāscēdere Pythagoricorū vetat auctoritas. qui rñ vult vltierius conscēdere ex his q̄ iam demōstrata sunt & que

postea demonstrata suscipiens: facile concedet. Et cum iam monstrata partitio per semitonium et semitonium et tribemitonium processerit: nisi ubi integer adiectus est tonus ut cum diapason tum cunctus distincti servet proprietates: Patet ergo ex diffinitione factum esse quod in chromatico genere proponebat fieri atque propositum.

**Idem: in enarmonico genere regulariter ostendere.**

A														Monochordum Enarmonicum.														b													
II				D				II				D				II				D				II																	
c	d	e	f	g	h	i	l	l	m	n	o	p	q	r																											
D. Diesis tetrartemeria.														II. Ditonus.																											

Sit ut prius chorda a b et c r regula eadem ut in ceteris equa: ab puncto c ad d extendo tonum: et ab d ad f semitonium minus: et spatium d f partio: in equalia per notam e. eruntque d e f due dieses. et f g facio duos tonos: qui ditonum implent. g h i ut prius duas dieses. i l ditonum. l l tonum. l m n duas dieses. n o ditonum. o p q duas dieses. et q r ditonum. quia regulam hoc pacto partitam equaliter applico lineae a b: et si les notas: equaliaque intervalla in linea a b designo per medias inter a et b litteras d|e|f|g|h|i|l|l|m|n|o|p|q|b. et quia a d tonus: et d e f due dieses semitonium minus implentes: et f g ditonus: ergo a g tres toni et semitonium minus per decimam tertiam sonant diapente. sed et g h i due dieses et i l ditonus duos tonos et semitonium minus continentes: per sextam tertiam sunt diatessaron. igitur ut prius per vicissimam tertiam a l continet diapason. et hoc pacto monstrat l o continere diapente et l b diapason: quare a o sonare diapason ac diapente et a ad b consonare bis diapason. et quia hec modulationis progressio per duas dieses et ditonum procedit: constat per diffinitionem monochordi enarmonici regulariter esse partitum: in eorum musicalis situatas esse consonantias et propositum.

**Tetrachordum hypaton: in diatonico melo dividere.**

Proslambanomenos	A	B
Hypate Hypaton	b	II B
Parhypate Hypaton	c	S L
Lichanos Hypaton	d	II D
Hypate Meson	e	II E

Superiores: Monochorda docuerunt ordinare. Inferiores autem: Tetrachorda Pentachorda Hexachorda et alia quaeque Polychorda ad Pentadecachordum usque: quibus cognitis cetera que amplius desiderarentur cognoscantur facillime. Constitue ergo b c d e tetrachordum hypaton: ut b sit hypate hypaton c parhypate hypaton d Lichanos hypaton e Hypate meson: cui praefigo ad gravitatis partem a Proslambanomenon chordam quidem que in tetrachordis non computatur: sed primo adiecta tetrachordo creat pentachordum. facio ergo intervallum chordae a sesquioctavum ad chordam b: et sesquitercium ad chordam d: et sesquialterum ad e. Item facio e ad d sesquioctavum. dico ergo tetrachordum hypaton in genere diatonico (ut dictum est) esse divisum. Nam per diffinitionem a ad b proslambanomenos ad hypaten hypaton: erit tonus. et quia a ad d sesquitercium est: itidem per diffinitionem proslambanomenos ad lichanon hypaton concinit diatessaron. sed et cum a ad e proslambanomenos ad hypaten meson sit sesquialterum: per idem a ad c consonat diapente. per decimam tertiam igitur tertium d ab e Lichanos hypaton ab hypate meson tono disjungit. Rursum quia c ad d sesquioctavum est: ergo c ad d sonat tonum. at d o quia a ad d diatessaron est: et a b tonus est: et c d tonus: igitur per sextam tertiam b ad c relinquitur semitonium minus. Est itaque hypate hypaton ad parhypaten hypaton semitonium minus. et parhypate hypaton ad lichanon hypaton tonus: lichanos hypaton ad hypaten meson tonus. constitutum est ergo b|c|d|e tetrachordum hypaton: per semitonium minus et duos subiectos tonos procedens: per diffinitionem in genere diatonico pariter et pentachordum a|b|c|d|e. Sed incidit dubitatio forsitan: cur nostra tempestate musici duos tonos ad tetrachordorum partem seriam graevos praecolat: nos autem solum tonum qui est proslambanomeni atque hypates hypaton: responsio perita in propterea est musicos nostra tempestate proslambanomeno alteram chordam tono distantem praefixisse et id primum memorat Gregorium fecitasse.

**In eodem diatonico melo: tetrachordum meson subiungere. et in octochordo: a proslambanomeno in mesen: diapason contineri.**

Proslambanomenos	A	B
Hypate Hypaton	b	II B
Parhypate Hypaton	c	S L
Lichanos Hypaton	d	II D
Hypate Meson	e	II E
Parhypate Meson	f	S F
Lichanos Meson	g	II G
Mese	h	II H

Sit e|f|g|h tetrachordum meson. facio e sesquitercium ad h: et g sesquioctavum ad h: et f sesquioctavum ad g: erit ergo per diffinitionem e ad h hypate meson ad mesen diatessaron. et quia g ad h tonus et si litter



f ad g tonus. nam vtrūq; et sesquioctava pporiōe nascitur. ergo p sextam tertū e ad f erit semitonū minus. est itaq; e f g h tetrachordum meson per semitonium minus ⁊ duos tonos pcedens in genere diatonico diuisum. et q; a e proslābanomenos ⁊ hypate meson in pcedēri mōstrata sunt cōsonare diapente: et in p̄senti e h hypate meson ⁊ mese diatessaron. ergo per vicesimā tertū: proslābanomenos ad mesen cōsonat diapason. cōtinet igitur octochordum a b c d e f g h consonātiā diapason. quod est totum propositum.

¶ Preposito octochordo: in eodem genere tetrachordum disjunctarum submittere. et dodecachordum diapason ac diapente continere.

Proslābanomenos	A	A
Hypate hypaton	b	b
Parhypate hypaton	c	c
Lichanos hypaton	d	d
Hypate meson	e	e
Parhypate meson	f	f
Lichanos meson	g	g
Mese	h	h
Paramese diezeugmenon	lz	Trite coniunctarum lz
Trite diezeugmenon	l	Paranete cōiunctarū l
Paranete diezeugmenon	m	Hete coniunctarum m
Hete diezeugmenon	n	n

¶ Sit k l m n tetrachordū diezeugmenon quot et disjuncta: ū dicif. facio h ad k mesen ad paramesen diiunctarū sesquioctauā. et ad m paraneten diiunctarū sesquiterciā. ad n vero neten diiunctarū sesquialterā. deinde l ad m triten ad paranete facio sesquioctauā: lic ergo mese ad paranete diiunctarum cōcinit diatessaron et ad neten diapente. est ergo per decimātertiam tertij m ad n paranetes ad neten tont interuallū. et l ad m trites diezeugmenō ad paranete similif tonus est. sed ⁊ cū mese ad paranete cōsonet diatessaron et l ad m sit tonus ⁊ similif h ad k tonus ergo per sextā tertij k ad l erit semitonū minus. erit itaq; paramese ad triten diezeugmenō semitonū minus: trite ad paraneten tonus: et paranete ad neten diezeugmenon p̄similiter tonus. quare tetrachordū disjunctarū superior octochordo in diatonico genere subiunctū est. Et cum pcedens mōstrauerit a h esse diapason et p̄sens h n esse diapente: igit a n proslābanomenos ⁊ nete diezeugmenō in dodecachordo a b c n cōtinent diapason ac diapente. ¶ Si in moliori canēdi modo: tetrachordū a chorda mese cōiunctū partiri cōstitueret; volemus: sit id tetrachordū h k l m: que sunt mese trite synezeugmenō paranete synezeugmenō nete synezeugmenō: facioq; mesen ad neten synezeugmenon sesquiterciā. quare ⁊ cōcinentē diatessaron et l ad m paranete synezeugmenō ad neten tono distātem pariter et k ad l tono. erit ergo per sextā tertij h ad k meses ad triten synezeugmenon semitonū minoris interuallū et k l ⁊ l m duo toni ⁊ tetrachordum synezeugmenon hoc est diiunctarū in genere diatonico diuisum.

¶ Tetrachordum hyperboleon in eodem diatonico genere predictis copulare: et in pentadecachordo: bis diapason consonātiā compleri

A re	Proslābanomenos	A	A
b mi	Hypate hypaton	b	b
c faut	Parhypate hypaton	c	c
d solre	Lichanos hypaton	d	d
e lami	Hypate meson	e	e
f faut	Parhypate meson	f	f
g solreut	Lichanos meson	g	g
a lamire	Mese	h	h
b mi	Paramese diezeugmenō	lz	b fa Trite syn. lz
c solfaut	Trite diezeugmenon	l	c solfaut Paranete syn. l
d la solre	Paranete diezeugmenon	m	d la solre Hete syn. m
e lami	Hete	n	n
f faut	Trite hyperboleon	o	o
g solreut	Paranete hyperboleon	p	p
a lamire	Hete hyperboleon	q	q

Tetrachordū hypaton						Tetrachordū diezeug.									
To.	Semi.	To.	To.	Semi.	To.	To.	To.	Semi.	To.	To.	Semi.	To.	To.		
A	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q
Tetrachordū meson						Tetrachordū hypboleō									

¶ Sit n o p q tetrachordū hyperboleon facio vt in prioribus n neten diezeugmenon ad q netē hyperboleon sesquitertia: et iccirco ad eam cōcontinentem diatessaron. et p ad q facio toni interuallū. 7 o ad p itidem toni interuallū. per sextam tertij n ad o crit semitonij minus. est ergo tetrachordum hyperboleon n o p q ex semitonio minore duobus subiunctis tonis in genere diatonico dimēsum. sed et p precedente h mese ad n neten diezeugmenon sonat diapente: ergo h ad q mese ad neten hyperboleon ex cōsonantia diapente 7 diatessaron constans: cōsonat diapason. ergo a ad q prosilabanomenos ad netē hyperboleon cōsonabit bis diapason. et cum totum polychordum a q omnino quindecim perficiatur chordis: in pētaecachordo 7 in genere diatonico cōstitutum est bis diapason. qd est totū propositū.

¶ Pentadecachordi in diatonica melodia constituti: numeros reperire.

Prosilabanomenos	A	9	21 6	172 8	1382 4	
Hypate hypaton	b	8	19 2	153 6	1228 8	Tonus
Parhypate hypaton	c			145 8	1166 4	Semi. minus
Lichanos hypaton	d		16 2	129 6	1036 8	Tonus
Hypate meson	e		14 4	115 2	921 6	Tonus
Parhypate meson	f				874 8	Semi. minus
Lichanos meson	g			97 2	77	Tonus
Mese	h		10 8	86 4	691 2	Tonus
Paramese diezeugmenō	i			76 8	614 4	Tonus
Trite diezeugmenon	k			72 9	583 2	Semi. minus
Parante diezeugmenō	m		8 1	64 3	518 4	Tonus
Mete diezeugmenon	n		7 2	57 6	460 8	Tonus
Trite hyperboleon	o				437 4	Semi. minus
Parante hyperboleon	p			48 5	338 8	Tonus
Mete hyperboleon	q		5 4	43 2	345 6	Tonus
		p <sup>m</sup>	sc <sup>o</sup>	tert <sup>o</sup>	q <sup>r</sup> tu <sup>o</sup> loc <sup>o</sup>	

¶ Numeri qui in musica disciplina precipue desiderantur: sunt duplares / triplares / quadruplares / hemiolij / epitriti epogdoi: hoc est dupli / tripli / quadrupli / sesquialteri / sesquiterij / et sesquioctavi. quo circa si desideras cognoscere ad quem numerū numerus maior est duplus: ipsum partire per duo. Ad quem trip<sup>us</sup> partire per tria. Ad quem quadruplus partire per quattuor. Ad quem sesquialter partire per tria et tertiam auge per duo. Ad quem sesquiterius partire per quattuor et quartā auge per tria. Ad quem sesquioctavius partire per nouem 7 nonam auge per octo. Et numeri: per octauā secundi Arithmetices ubiq; surgent petiti: si maior duplus / triplus / quadruplus / sesquialter / sesquiterius / aut sesquioctau<sup>o</sup> est. ¶ Et si ru: sum cognoscere desideras quē numerus minor duplū habet: ipsum auge per duo. Quem triplum: auge per tria. Quem quadruplū: auge per quattuor. Quem sesquialterū: partire per duo 7 illi medietatē adde. Quem sesquiterijū: partire per tria / 7 tertiam adde. Quem sesquioctauū: partire per octo / et octauam adde. Et statim per eandē octauā et diffinitiones cognosces petiti. ¶ Sed nunc ad monstrandū propositum nos cōuertamus. Sit pentadecachordū in diatonico genere modo repertum: cuius numeri querūtur: a b c d e f g h i k l m n o p q. duco in seinticem duo / tria / quattuor / et minimos toni: hoc est viginti quattuor: in 9 et 8 minimos terminos toni et veniant in secundo loco a b que per septimā secundi arithmetices sunt in pportione sesquioctaua / et continentia tonum. capio sesquiterijū numeri a: sit q d / et sesquialterū qui sit e 7 subduplū qui sit h. Rursum sumo sesquiterijū numeri h qui sit m et sesquialterum qui sit n 7 eius subduplum qui sit q. quia a ad d est diatessaron et a ad e diapēte: g per decimā tertiam tertij d ad e tonus est et eadē quoq; ratione m ad n tonus. Et si d octauā partem haberet ea eidē adiecta facerē c sesquioctauū ad d: et c d cōtinentia tonū. modo autē qz d cōperitur octaua parte carere: atgeo a b d e h m n q p octo: surgātq; tertio loco a b d e h m n q: q nūeri per eandē septimā adiuicē eandē seruabūt pportionē: quā 7 nūeri scōdo loco positi. qz g d tertio loco positus h3 octauā: ea igif adiecta ad d fiat c: eritq; c ad d sesquioctau<sup>o</sup> atq; cū eo tonū ptes. itidē adiecta octaua parte h ad h fiat g. et octaua pte m ad m fiat l. 7 octaua q.

ad q fiat p. eruntq; idētidē g ad h l ad m et p ad q sesquioctauū ⁊ numeri tonorum. et h comperitur habere nonam partē: illam augeo per octo et veniat k: eritq; h ad k per octauā secundā arithmetices sesquioctauus. Et si g octauā partem haberet facerē f sesquioctauū ad g. At vero qm̄ ea caret: augeo oēs numeros tertio loco repertos per octo et erurgant in quarto loco a b c d e g h k l m n p q: qui per eandē septimā erunt in eisdem adinuicē habitudinibus vt et numeri tertij loci. adiecta igitur octaua eius parte ad g facio f. ⁊ octaua parte ad p facio o. dico ergo numeros quarto loco cōstitutos esse numeros pēradecachordi. Itā a ad d est diatessaron/ et a ad b tonus: ⁊ c ad d tonus. ergo per sextā tertij b ad c semitonij minus. et qz a h est diapason ⁊ a e diapente: ergo per vicesimā tertij e h est diatessarō et g h ⁊ f g monstrati sunt sesquioctauū atq; toni. ergo per sextā tertij e f est semitonij minus. et eodē pacto ostendas k l et n o esse semitonia minora: ⁊ ceteri adinuicē sunt cogniti toni. igitur pentadecachordi diatonici numeri sunt reperti. Est enī numerus proslābanomeni ad numerū hypates hypatō tonus: ⁊ hypates hypaton ad parhypatē hypatō semitonij minus. parhypates hypaton ad lichanō hypaton: et lichani ad hypaten meson duo teni. hypates meson ad parhypaten meson semitonij minus. parhypates meson ad lichanō meson: et lichani ad mesen: ⁊ meses ad paramesen dissonctarum: tres toni. parameses ad triten semitonij minus. trites ad paranetē/ ⁊ paranetes ad neten: duo toni. Netes ad triten hyperboleon semitonij minus. trites ad paraneten et paranetes ad neten duo toni. Et igitur notum propositum.

9 ¶ Tres diatonice diatessarō consonantie species a proslābanomeno ad parhypatē meson cōtinunt. et quattuor diapente species a proslābanomeno ad triten diezeugmenon. septē vero diapason spēs inter proslābanomenon ⁊ paraneten hyperboleon.

	Species diatessarō			Species diapente			Species diapason								
Postlamba.	A	p̄ma	sc̄da	tertia	p̄ma	sc̄da	tertia	q̄rta	p̄ma	sc̄da	tertia	q̄rta	quinta	sexta	septia
Hypate hyp.	b	To.	o	o	To.	o	o	o	To.	o	o	o	o	o	o
Parhyp. hyp.	c	Se.	Se.	o	Se.	o	o	o	Se.	Se.	o	o	o	o	o
Licha. hyp.	d	To.	ton <sup>o</sup>	ton <sup>o</sup>	To.	ton <sup>o</sup>	o	o	To.	ton <sup>o</sup>	tonus	o	o	o	o
Hypate me.	e		ton <sup>o</sup>	tonus	To.	ton <sup>o</sup>	o	o	To.	ton <sup>o</sup>	ton <sup>o</sup>	ton <sup>o</sup>	o	o	o
Parhyp. me.	f		Semi		Se.	Se.	o		Se.	Se.	Se.	Se.	Se.	o	o
Licha. me.	g				ton <sup>o</sup>	tonus	ton <sup>o</sup>		To.	ton <sup>o</sup>	ton <sup>o</sup>	ton <sup>o</sup>	ton <sup>o</sup>	ton <sup>o</sup>	o
Mese	h					tonus	ton <sup>o</sup>		To.	ton <sup>o</sup>	tonus	ton <sup>o</sup>	tonus	ton <sup>o</sup>	tonus
Para. die.	k					tonus	ton <sup>o</sup>		ton <sup>o</sup>	tonus	ton <sup>o</sup>	ton <sup>o</sup>	ton <sup>o</sup>	ton <sup>o</sup>	tonus
Trite die.	l						Se.			Se.	Se.	Se.	Se.	Se.	Se.
Para. die.	m									ton <sup>o</sup>	ton <sup>o</sup>	ton <sup>o</sup>	tonus		
Nete die.	n										ton <sup>o</sup>	ton <sup>o</sup>	tonus		
Trite hyper.	o												Se.	Se.	
Para. hyp.	p													tonus	
Nete hyp.	q														

¶ Prima species diatessaron tono/ semitonia minore atq; tono constat. Secūda semitonia et duob<sup>o</sup> tonis. Tertia duobus tonis et sequēte semitonia. ¶ Prima species diapente est que constat ex tono/ semitonia minore ⁊ duobus tonis. Secūda duobus tonis/ semitonia/ atq; tono. Tertia semitonia et tribus tonis. Quarta tribus tonis et semitonia. ¶ Prima species diapason est que constat ex tono/ semitonia minore/ duobus tonis/ semitonia minore/ atq; duobus tonis. Secūda semitonia/ duobus tonis/ semitonia et tribus tonis. Tertia duob<sup>o</sup> tonis/ semitonia/ trib<sup>o</sup> tonis/ atq; semitonia. Quarta tono/ semitonia/ tribus tonis/ semitonia/ atq; tono. Quinta semitonia/ tribus tonis/ semitonia/ duobus tonis. Sexta tribus tonis/ semitonia/ duobus tonis/ semitonia. Septima duobus tonis/ semitonia/ duobus tonis/ semitonia/ atq; tono. ¶ Erit itaq; p̄ diffinitionē prima diatessarō spēs a proslābanomeno in lichanō hypaton. Itā proslābanomenos ad hypaten hypatō tonus est: et hypate hypaton ad parhypatē hypaton semitonij minus ē: parhypate vero hypatō ad lichanō hypaton tonus. ⁊ itidē per diffinitionē secūda diatessaron species ab hypate hypaton in hypaten meson reperiet. ⁊ tertia a parhypate hypaton in parhypaten meson. ¶ Species vero diapente hoc pacto per diffinitiones sumentur. Prima a proslābanomeno in hypaten meson. Secūda a parhypate hypaten in lichanon meson. Tertia ab hypate meson in paramesen diezeugmenon. Et quarta a parhypate meson in triten diezeugmenon. ¶ Et septē species diapason cōsimiliter per diffinitiones querentur. Prima a proslābanomeno in mesen. Secūda a parhypate hypaton in paramesen diezeugmenō. Tertia a parhypate hypaton in triten diezeugmenon. Quarta a lichano hypaton in paranetē diezeugmenō. Quinta ab hypate meson in neten diezeugmenō. Sexta a parhypate meson in triten hyperboleō. Septima vero a lichano meson in paranetē hyperboleō. s; hęc cognitu facilia sunt: inspecta diligēter supioze figura.

**Chromaticum principalium tetrachordum: constituere.**

Proslambanomenos	A	B
Hypate hypaton	b	Tonus b
Parhypate hypaton	c	Semi.minus c
Lichanos hypaton	d	Apotome d
Hypate meson	e	Trisemitonium e

Chremata apud Lacedemonios induxit olim Timotheus milesius molliore cantum superiore dia tonico: in quo canendi modo hic tetrachordū hypaton querimus. Sit ergo b c d e tetrachordū ad hyp atas in chromatico melo constituendas assignatū. prepono chordam a: que sit proslābanomenos: quā facio sesquioctavam ad b hypaten hypaton primam tetrachordi cōstituendi chordam: deinde facio a sesquialterā ad e hypaten meson: eritq; ut in omnibus a ad b tonus/ et a ad e diapente. deinde facio b ad c semitonium minus et b ad d tonum. erit ergo c ad d apotome. et qz per decimā tertij depto a b tono ab a e cōsonantia diapente: relinquatur diatessaron. ergo b e modulabitur diatessaron. Sed cum per sextā tertij diatessaron ex duobus tonis et semitono minore constet et b c et c d simul sint tonus: ergo d e continet tonum et semitonium minus. est igitur d e trisemitonium. Cum ergo b c hypate hypaton et parhypate hypaton sit semitonium minus. et c d parhypate hypaton et lichanos hypaton sit semitonium maius et d e lichanos hypaton et hypate meson trisemitonium ut monstratum est. constat ergo p diffini tionē tetrachordū b c d e in gñe chromatico eē constitutum. idē enī trisemitonium et trisemitonium dicim⁹.

**Chromaticum tetrachordum meson: subiungere.**

Proslambanomenos	A	B
Hypate hypaton	b	Tonus b
Parhypate hypaton	c	Semi.minus c
Lichanos hypaton	d	Apotome d
Hypate meson	e	Trisemitonium e
Parhypate meson	f	Semi.minus f
Lichanos meson	g	Apotome g
Mese	h	Trisemitonium h

Sint pro tetrachordo meson in gñe chromatico constituendo e f g h: facio a ad h duplā et concinētem diapason. et e ad f semitonium minus et idē e ad g facio tonum. erit g f ad g apotome. sed cū a ad e mōstra ta sit consonantia diapente. ea igitur subtracta ab a h cōsonantia diapason: per vice simā secundā tertij reli quitur diatessaron. Est ergo e ad h hypate meson ad mesen diatessaron. et cum diatessaron duos tonos et semitonium minus impleat: et e g sit tonus ergo g h continet tonum et semitonium minus. erit ergo g h tri semitonium. erit igitur e f g h ex duobus semitonis e f et f g: et trisemitonio g h constitutum in genere chromatico tetrachordum. quod erat monstrandum.

**Reliqua duo tetrachorda: in eodem genere predictis adicere. et in pētaecachor do consonantiam bis diapason collocare.**

Proslambanomenos	A	B
Hypate hypaton	b	Tonus b
Parhypate hypaton	c	Semi.min⁹ c
Lichanos hypaton	d	Apotome d
Hypate meson	e	Trisemitonium e
Parhypate meson	f	Semi.minus f
Lichanos meson	g	Apotome g
Mese	h	Trisemitonium h
Paramese diezeugmenon	k	Tonus   Tritesyn. Semi.minus k
Trite diezeugmenon	l	Semi.mi.   Paranete syn. Apotome l
Paranete diezeugmenon	m	Apotome   Hete syn. Trisemitonium m
Hete diezeugmenon	n	Trisemitonium n
Trite hyperboleon	o	Semi.minus o
Paranete hyperboleon	p	Apotome p
Hete hyperboleon	q	Trisemitonium q

Sint pro reliquis tetrachordis complendis l: l m n o p q: qz tetrachordum meson disiunctum est a tetrachordo netai um diezeugmenon: iccirco facio meses ad paramesen diezeugmenon distantia esse tonum. et mesen ad neten diezeugmenon facio consonare diapente. ⁊ ad netē hyperboleon diapason et tetrachordū l: l m n partioz vt tetrachordū hypaten. tetrachordū vero n o p q partioz vt in prece denti tetrachordū mesen eritqz vtrūqz in genere chromatico diuisum. et qz a ad h cognita est esse dia pason: et h ad q itidem diapason. ergo a ad q consonat bis diapason. Quia cum quindecim vocibus atqz chordis contētum sit: constat effectū esse id quod erat propositū. Sed si l: l m facis tetrachordū syne zeugmenon ipsum partiaris vt tetrachordū chromaticum meson. et facile factū intuebere ppositū.

13. Chromatici pentadecachordi numeros assignare.

Proslambanomenos	A		2592	5971968	
Hypatehypaton	b	256	2304	5308416	Tonus
Parhypatehypaton	c	243	2187	5038848	Semi. minus
Lichanos hypaton	d		2048	4718592	Semi. maius
Hypatemeson	e		1728	3981312	Trisemitoniū
Parhypate meson	f			3779136	Semi. minus
Lichanos meson	g			3538944	Semi. maius
Mese	h		1296	2985984	Trisemitoniū
Paramese diezeugmenō	l		1152	2654208	Tonus
Trite diezeugmenon	l			2519424	Semi. minus
Paranete diezeugmenō	m			2359296	Semi. maius
Mete diezeugmenon	n		964	2221056	Trisemitoniū
Trite hyperboleon	o			2108268	Semi. minus
Paranete hyperboleon	p			1974272	Semi. maius
Mete hyperboleon	q		648	1492992	Trisemitoniū

Sint b et c minimi numeri semitonij minoris per decimaoctauam secūdi huīus reperti. qz b nona parte caret: augeo b et c per nouem et veniāt b et c in secundo loco. quonā igitur in secundo loco b nona parte caret: eam augeo per octo et fiat d. tunc b ad d per septimā secūdi arithmetices erit sesq octauus. quare b d cōtinenta tonum. et b ⁊ c per eādem est semitonium minus. ergo c d est apotome. Rursum qz b habet octauā adicio eidem suam octauā ⁊ fiat a: eritqz a ad b sesqui octauus atqz tonus et quonā a habet tertiam facio a ad e sesquialterū. ⁊ qz habet secūdam facio itidem a duplum ad h. Reperio item h habere nouam. tertiam et secūdam. facio igitur h sesqui octauū ad l: sesquialterū ad n ⁊ duplū ad q. quo facto duco b secūdi loci in a b c d e h l: n q et veniant in tertio loco a b c d e h l: n q. Deinde duco c d secūdi loci in e secūdi et veniant f g ⁊ in l: et veniant l m et in n ⁊ veniant o p in ter tio loco. eruntqz per septimā et octauam secūdi arithmetices numeri pēta decachordi chromatici in tertio loco assignati. Nam a b erit tonus et b c semitonij minus ⁊ c d apotome. et qz a ad e est sesqual ter: a et e sunt numeri diapente. ⁊ a b numeri toni. dempto igitur a b tono relinquitur b c diatessaron et b c ⁊ c d simul sunt tonus. igitur per sextam tertij d e sunt trisemitoniū. Et a h est diapason ⁊ a e dia pente. igitur e h est diatessaron. et per octauam secūdi arithmetices e f ⁊ f g sunt semitonij minus ⁊ apotome. igitur g h est trisemitonium et cōsimiliter monstrabis h l esse tonū l ⁊ l m duo semitonia et m n trisemitoniū n o p duo semitonia ⁊ p q trisemitoniū. clarum igitur euadit propositum.

14. Chodorum diatonici et chromatis parhypate parhypatis: paramese paramesis/ atqz trite tritis correspondent.

Nam in vtrisque generibus hypate ad parhypatas semitonij minoris obseruāt interuallū. et mese ad paramesas tonum. ⁊ trite ad tritas minus semitonij. est igitur notum illas voculas in vtroque canendi modo sibi inuicē respōdere. ⁊ nō modo id verum sit: sed et hypate hypatis ⁊ mese mesis et nete netis correspondent. Nam vtrōqz proslambanomeni ad hypatas hypaton cōtinunt tonum. et ad hypa tas meson diapente. ad mesas diapason. ad netas disiunctarum diapason ac diapente. ⁊ ad netas hy perboleon bis diapason. est ergo quod pponebatur et amplius: facile cognitū.

**Pentadecachordum enarmonium constituere.**

Proslambanomenos	A	A	
Hypate hypaton	b	Tonus	b
Parhypate hypaton	c	diefis	c
Lichanos hypaton	d	diefis	d
Hypate meson	e	ditonus	e
Parhypate meson	f	diefis	f
Lichanos meson	g	diefis	g
Mese	h	ditonus	h
Paramese diezeugmenon	lz	tonus	Trite syn. diefis lz
Trite diezeugmenon	l	diefis	Paranete syn. diefis l
Paranete diezeugmenon	m	diefis	Hete syn. ditonus m
Hete diezeugmenon	n	ditonus	n
Trite hyperboleon	o	diefis	o
Paranete hyperboleon	p	diefis	p
Hete hyperboleon	q	ditonus	q

Huius cōpositio perfacilis est. facio enī vt in ceteris precedētibus a ad b interuallū toni. et a ad e diapēte. et b ad d facio semitonū minus. et diuido chordā c in medio differētie b ad d erit ergo b ad c diefis tetrarteria atq; quadripartialis pariter et c ad d diefis. sed per quartam secundi huius hec latior illa vero contractior neq; per tricesimā secundam eiusdem semitonū minus in duo equa certo cōstitutoq; numero diuidi potest. et a ad e diapente. subtracto igitur a b tono relinquitur b ad e esse diatessaron. et cum diatessaron semitonū minus et duos tonos cōplectatur: et b ad d sit semitonū minus: relinquit igitur d ad e esse ditonus. erit igitur b c d e hypates hypaton parhypates hypaton lichanos hypatō et hypates meson tetrachordū: per b c d: et d c diefis et diefis et ditonū procedēs p diffinitionē in enarmonico gñe diuisum. Similiter cōstituas e f g h tetrachordū meson faciēdo a ad h diapason. et e ad g semitonū minus. et partiēdo mediā diā per f ita vt e f et f g sint due diefes. Itā ab a h cōsonantia diapason subducta a e cōsonantia diapēte: relinquit e h esse diatessaron. et cū e g sit semitonū min⁹: igitur g h erit ditonus. et cū e f et f g sint due diefes et g h diton⁹. g hec tetrachordi partitio in genere enarmonico facta cōspicitur. Et facta h mese ad netē disiunctarum diapente: et ad neten hyperboleon diapason: et chorda mese a paramese tetrachordi disiunctarū tono disclosa: perinde ac proslambanomeno ab hypate hypaton: partieris tetrachordum disiunctarū lz l m n vt b c d e tetrachordū hypaton. et tetrachordum n o p q hyperboleon excellentiūq; vt e f g h tetrachordū meson. tetrachordū autem cōiunctarum h lz l m partieris vt tetrachordū meson et id quoq; facile est.

**Pentadecachordi enarmonici: numeros colligere.**

Proslambanomenos	A	1 3 8 2 4		1 3 8 2 4	
Hypate hypaton	b	1 2 2 8 8	Tonus	1 2 2 8 8	Tonus
Parhypate hypaton	c	1 1 6 6 4	Semi mi.	1 1 9 7 6	diefis
Lichanos hypaton	d	1 0 3 6 8	Tonus	1 1 6 6 4	diefis
Hypate meson	e	9 2 1 6	Tonus	9 2 1 6	ditonus
Parhypate meson	f	8 7 4 8	Semi mi.	8 9 8 2	diefis
Lichanos meson	g	7 7 7 6	Tonus	8 7 4 8	diefis
Mese	h	6 9 1 2	Tonus	6 9 1 2	ditonus
Paramese diezeugmenon	lz	6 1 4 4	Tonus	6 1 4 4	Tonus
Trite diezeugmenon	l	5 8 3 2	Semi mi.	5 9 8 8	diefis
Paranete diezeugmenon	m	5 1 8 4	Tonus	5 8 3 2	diefis
Hete diezeugmenon	n	4 6 0 8	Tonus	4 6 0 8	ditonus
Trite hyperboleon	o	4 3 7 4	Semi mi.	4 4 9 1	diefis
Paranete hyperboleon	p	3 8 8 8	Tonus	4 3 7 4	diefis
Hete hyperboleon	q	3 4 5 6	Tonus	3 4 5 6	ditonus

**S**int numeri a b c d e f g h i l m n o p q in primo loco constituti numeri pentadecachordi diatonici per octavam huius reperti. pono iterum a b e h l n q in secundo loco in respondentibus locis rursus c in secundo loco transmuto ad d et f ad g et l ad m et o ad p. quibus ita in secundo loco dispositis: ex ipsis quidem in secundo loco capio differentiam b d et eius medietatem adicio ad d et fiat e. similiter differentiam e g et medietatem addo ad g et fiat f. et differentiam l m et medietate differentie adiecta ad m fiat l. et differentiam n p et medietate adiecta ad p fiat o. dico a b c d e f g h i l m n o p q numeros secundo loco positos esse numeros pentadecachordi enarmonici. Nam a b erit tonus. b c et c d due dieses constituentes semitonium minus b d. quod enim est b c in diatonico factum est b d in enarmonico et d e est ditonus. Nam quod est in diatonico c e est hic in enarmonico d e. at diatonice modulationis c e ditonus est. Nam continens c d tonum et d e tonum. et hoc pacto reperietur e f g due dieses et g h ditonus. h i tonus: l m due dieses: m n ditonus. n o p due dieses: p q ditonus. Sunt itaque collecti numeri pentadecachordi enarmonici quemadmodum propositum fuerat. quod est propositum.

17 **M**odi diatonici parhypate hypaton: in enarmonica modulatione transit in lichanon: et parhypate meson in lichanon meson atque trite in paranetas.

**I**d prospici statim promptum est. Nam in diatonico pentadecachordo a proslabanomeno ad hypate hypaton incidit tonus. et ab hypate ad parhypaten hypaton semitonium minus. in enarmonico vero a proslabanomeno ad hypaten hypaton similiter incidit tonus. et ab hypate ad lichanon hypaton semitonium minus. diatonica igitur parhypate: in enarmonica modulatione permutatur: transitque in lichanon. et hoc pacto de reliquis ostendatur. quod et facile sensu deprehendetur: si in utroque emodulandi genere et diatonico et enarmonico proslabanomeni ponantur equisoni. tunc enim manifestum erit huius lichanos: illius parhypatis esse equisonos: unisonosque: pariter et huius paranetas: illius tritis esse equisonas.

18 **C**onsentiunt in tribus modulationum generibus: proslabanomeni/hypate principales/hypate medie/mese/paramese/nete/cum disiuncte/tum coniuncte/atque excellentibus netis excellentes.

**N**am in tribus generibus per quartam/quintam/sextam/septimam/decimam/undecimam/duodecimam et quintadecimam huius proslabanomeni ad hypatas hypaton sonant tonum. et idem ad hypatas meson sonant diapente. ad mesas diapason. ad netas disiunctas sonant diapason ac diapente. ad netas autem coniunctas dempto tono sonarent diapason ac diatessaron. et ad netas excellentes: consonant ubi libet proslabanomeni bis diapason. consentiunt igitur in tribus generibus que adducte sunt vocule. quod est propositum

19 **Q**ue chorde mobiles queve immobiles in pentadecachordis existant: investigare.

Proslabanomeni	A   Stabiles	
Hypate hypaton	b   Stabiles	
Parhypate hypaton	c   Instabiles	
Lichani hypaton	d   Instabiles	
Hypate meson	e   Stabiles	
Parhypate meson	f   Instabiles	
Lichani meson	g   Instabiles	
Mese	h   Stabiles	
Paramese diezeugmenon	i   Stabiles	Trite synezeugmenon. Instabiles
Trite diezeugmenon	l   Instabiles	Paranete synezeugmenon. Instabiles
Paranete diezeugmenon	m   Instabiles	Nete synezeugmenon. Stabiles
Nete diezeugmenon	n   Stabiles	
Trite hyperboleon	o   Instabiles	
Paranete hyperboleon	p   Instabiles	
Nete hyperboleon	q   Stabiles	

**C**horde stables immobilesque vocamus: que in omni pentadecachordum divisione: eadem servant intervalla: eandemque ad proslabanomenon habitudinem. Instabiles vero atque mobiles: que id non servant. sic ergo stables ac instabiles reperiemus. cum enim per precedentem in tribus generibus consentiant proslabanomeni: principales hypate: medie hypate: mese: paramese: nete tum synezeugmene tum diezeugmene ac hyperboles: et eadem ut ex demonstratis iam patet servant intervalla. erunt ergo proslabanomenos hypate hypaton: hypate meson: mese: paramese nete synezeugmenon: nete diezeugmenon: et nete hyperboleon: simpliciter immobiles atque firme. Sed cum decima: septima huius monstraverit parhypatas diatonice modulationis: in enarmonico melo transire

permutariq; in lichanas & tritas in paranetas: constat ergo reliquas a predictis esse mobiles: ut parhypaten hypaton lichanon hypaton parhypaten meson lichanon meson triten synezeugmenon paranete synezeugmenon triten diezeugmenon paranete diezeugmenon triten hyperboleon paranete hyperboleon. Id tamen animadverti dignum est qd cum per decimam quartam huius parhypate & trite in diatonicis et chromaticis respondeant: similiaq; possideant intervalla: eas non usq; adeo (ut cetera sunt) esse instabiles. Et proinde partim mobiles partimq; immobiles bono iure dici posse videntur.

**I**n tetrachordis diatonicis ab hypate hypaton primo limite consonantiarum: ad quartum usq; limitem ter diatessaron continetur sed semel dumtaxat in stabilibus/immobiles. Et ad quintum limitem idem ter diapente: semel in mobilibus/semel partim variabilis/et semel penitus invariabilis atq; firma. ad octavum vero septies consonabit diapason: ter in immobilibus/et quater in mobilibus.

Hypate hyp et consequentes suis locis.

	Semi	Ton <sup>o</sup>	Ton <sup>o</sup>	Semi	Ton <sup>o</sup>	Ton <sup>o</sup>	Ton <sup>o</sup>	Semi	Ton <sup>o</sup>	Ton <sup>o</sup>	Semi	Ton <sup>o</sup>	Ton <sup>o</sup>
Stabiles	b		c		d	e	f		g	h	i		p
Instabiles		c	d		e	f	g		h	i		p	

**C**um dicitur a primo limite ad quartum usq; limitem quintum/ac octavum: primus limes non excludit sed quartum quintum/ac octavum excludi intelligimus. Sint ergo b c d e f usq; ad p quattuor tetrachorda et b hypate hypaton/ cetera vero consequentes. Dico primo ab b usq; e ter contineri diatessaron: sed semel solum in immobilibus. Nam per quartam huius b ad c continet semitonium minus et c ad d tonum et d ad e tonum. ergo b ad e consonat diatessaron: eritq; b ad e prima diatessaron consonantia reperta. Et cum ostensum sit c ad d et d ad e esse duos tonos et per quintam huius e ad f sit semitonium minus: ergo c ad f consonat diatessaron. eritq; c ad f secunda diatessaron. Item monstratus est d ad e esse tonum et e ad f semitonium minus: et per quintam huius f ad g est tonus. ergo d ad g est diatessaron/ eritq; d ad g tertia diatessaron. Sed cum prima harum trium que est b ad e sit ab hypate hypaton ad hypaten meson: quas monstravit precedens stabiles immobilesq; et secunda ab c in f parhypate hypaton in parhypaten meson: et tertia ab d in g lichano hypaton in lichanon meson. et parhypate & lichane monstratae sunt mobiles. constat ergo ab b ad e ter diatessaron sed semel dumtaxat in stabilibus/immobilesq; contineri. **S**ecundo dico ab b hypate hypaton ad f usq; parhypaten meson: solum ter contineri diapente. Nam per decimam tertiam diapente tribus tonis semitonioq; minore constat. sed per quartam & quintam huius b ad f solum duos tonos & duo semitonia minora continet: q; duo semitonia minora p 34 scilicet minus vno tono: commate restituit. q; ut b ad f diapente consonantiam pleat: plena deest apotome. non constituit ergo b ad f diapente. Item c ad g per quartam et quintam huius continet tres tonos qui sunt c ad d: d ad e: & f ad g: et vnum semitonium minus quod est e ad f. igitur per decimam tertiam e ad f consonat diapente. eritq; c ad g prima diapente et per eandem d ad h continet tres tonos: qui sunt d ad e: f ad g: et g ad h: & semitonium minus e ad f. ergo d ad h consonat diapente: eritq; d ad h secunda diapente. & ab e ad i per quartam et sextam similiter continetur tres toni et semitonium minus. erit ergo e ad i tertia diapente. ter igitur ab b usq; ad f continetur diapente. sed cum prima sit ab c parhypate hypaton in g lichano meson. et parhypatas & lichanas monstraverit decimanona huius esse mobiles. erit ergo c ad g prima diapente in mobilibus constituta. & cum secunda sit ab d lichano principalis in h meson: lichanos autem mobilis sit/et mese immobilis: secunda igitur diapente partim variabilis existit. Et cum tertia sit ab e hypate meson ad i paramesen que per eandem decimanonam stabiles monstratae sunt. erit igitur tertia diapente omnino stabilis atq; firma. **T**ertio dico ab b hypate hypaton usq; ad i paramesen septies contineri diapason: sed solum ter in immobilibus/ quater autem in mobilibus. Nam b ad i per quartam/ quintam et sextam huius continet quinque tonos et duo semitonia minora. ergo per vice simam primam tertiam b ad i consonat diapason/ eritq; b ad i prima diapason. Et per idem c ad l: d ad l & e ad m: singule intercipiunt quinque tonos et duo semitonia minora. erit ergo c ad l secunda diapason. et d ad l tertia. & e ad m quarta. sed per quartam/ quintam/ sextam atq; septimam simul f ad n similiter continebit quinque tonos & duo semitonia minora. similiter et g ad o & h ad p. erit ergo quinta diapason f ad n. sexta g ad o. et septima h ad p. igitur ab b ad i usq; continetur septies diapason. atqui primam prebent hypate hypaton & paramese diezeugmenon. et quartam hypate meson & nete diezeugmenon. et septimam mese & nete hyperboleon. hypatas autem mesas paramesas et netas monstravit decima octava immobiles atq; stabiles. igitur inter illas septem diapason consonantias: diapason ter in immobilibus reperit. Sed secundam prebent parhypate hypaton et trite diezeugmenon. Tertiam lichanos hypaton et paranete diezeugmenon. Quintam parhypate meson & trite hyperboleon. Sextam lichanos meson et paranete hyperboleon sed decimanona parhypatas/ tritas/ lichanas & paranetas: monstravit esse mobiles. igitur inter illas septem consonantie diapason vices: quater in mobilibus mutabilibusq; facta reperitur: quod est totum propositum. **Q**ui autem diuus Severinus sapientium latinorum disciplinas sectantium primus: quem & in hoc opere quantum valemus imitamus suis disciplinis non parum adiuti decimo tertio capite quarti sue musices species diapente numerando eas quattuor faciit: id introductorie factum putetur: ubi precisam non curavit veritatem. sed communem secutus illic est estimationem. quod facile ex eius superiori determinatione cognoscitur. hic autem non introductionis sed exacte determinationis locus est.



21 **T**essara decachordi chromatici inter assignatos limites ter itidē diatessaron: solū semel immobiliter. bis diapēte: semel immobiliter/ semelq; partim mobiliter. septies aut diapasōn: ter vt in diatonico gñe immobiliter/ quaterq; mobiliter cōtinet.

Semi.	Apo.	Trise.	Semi.	Apo.	Trise.	Tonus	Semi.	Apo.	Trise.	Semi.	Apo.	Trise.
b		e		h	i			m			p	
	c	d	f	g		k	l	n	o			

**T**essara decachordum ex quattuor tetrachordis cōstituit: iccirco sic nūcupatim: q; quattuordecim chordis/ neruis/ vocalisue cōtineatur. dico enī primo quattuordecim chordarū in genere chromatico cōtinue per litteras b|c|d|e|f|g|h|i|k|l|m|n|o|p ab hypate hypaton dispositarū a primo ad quartum vsq; limitem: ter cōtineri diatessaron solū semel immobiliter. Itā per decimā b ad e cōcinit diatessaron. eritq; b ad e p̄ma diatessaron. sed ⁊ quia per decimā c ad d est apotome et d ad e trisemitoniū: ergo c ad e cōtinet duos tonos. et per vndecimā e ad f est semitonium. ergo per sextam tertij c ad f duos tonos et semitonium cōtinet: erit diatessaron. erit igitur c ad f secūda diatessaron. et quia rursus per vndecimā e ad f est semitonium minus et f ad g apotome: ergo e ad g tonus. sed d ad e monstratum est trisemitoniū. ergo d ad g cōtinet duos tonos ⁊ semitonium: estq; d ad g tertia diatessaron. Et cū p̄ma b ad e sit ab hypate hypaton in hypaten meson per decimā octauā sit immobilis. secūda hō c f/ et tertia d g: sunt a parhypate ⁊ lichano principalium: q̄ decimanona patefecit esse mobiles. cōstat ergo p̄mū.

**S**ecūdo dico solū bis intra quintū limitem cōtineri diapente. quia enī b ad e per imediate mōstratū est diatessaron. et e ad f/ et f ad g simul tonus. ergo p̄ decimā tertij b ad g cōcinit diapente. eritq; b ad g p̄ma diapente. ea tñ sex vocibus ⁊ non quinq; explebit: proprietatem diapente nō seruans. at c ad g non explebit diapente. Itā per modo mōstratū ad diapēte cōplementū deerit b ad c semitonium minus. neq; c ad h. Itā per vndecimā huius g ad h cōtinet trisemitoniū. at c g ad diapente cōplementum solū deerat semitonium minus: superat igitur c h consonantiaz diapente completo tono. neq; d h cōtinet diapente. Itā cū c h superet consonantiam diapente integro/ cōpletq; tono: dempta ergo c d apotome relinquet d h superās diapente cōsonantiam semitono minore. sed e ad i cōsonat diapēte: est enī h ad i per duodecimam tonus. sed d ad h per imediate mōstratum superat consonantiam diapente semitono minore. dēpto ergo d e trisemitono minore: relinq̄tur e h deficiens tono a diapēte: addito igitur h i tono fiet diapente. est itaq; e ad i secūda diapēte. Ab b igitur ad f quintū limitem solum bis sumitur diapēte. Et cū p̄ma diapente b g sit ab hypate hypaton immobilis ad lichanon meson partim mobilem: sit ergo primo partim mobiliter. At hō cū secūda e i sit ab hypate meson ad paramesen que mōstrate sunt immobiles: sit ergo secūdo modo immobiliter seruāq; secūdo modo diapēte proprietate vt de quinto loco in quintum fiat locum. **T**ertio dico septies fieri diapasōn ter immobiliter/ quater hō mobiliter. Itā cū b ad e per primam partem huius monstrata sit diatessaron: et per sc̄bam e ad i diapente. ergo per vicesimā tertij b ad i cōsonat diapasōn. erit itaq; b ad i p̄ma diapasōn. Preterea quia c ad f fuit inuēta secūda diatessaron: et f g est apotome g h trisemitoniū: ergo f h duo sunt toni et h i tonus et i k semitonium. ergo f k diapēte: et c f vt iā dictū est diatessaron. cōcinit igitur c ad l diapasōn: eritq; c l secūda diapasōn. et eodē iure d l tertia diapasōn adiuuāte duodecima huius. et e m quarta. f n quinta. g o sexta. et h p septima. Sed ter fieri immobiliter et quater mobiliter eodē modo vt in vicesima monstratur.

22 **I**n tetradechordo enarmonico: inter assignatos limites ter diatessaron ⁊ septies diapasōn vt in precedētibus continetur. at semel dūtaxat diapente atq; immobiliter.

Die.	Die.	Dito.	Die.	Die.	Dito.	Tonus	Die.	Die.	Dito.	Die.	Die.	Dito.
b		e		h	i			m			p	
	c	d	f	g		k	l	n	o			

**T**etradechordum ⁊ tessara decachordum idē dicimus. sit igit b|c|d|e|f|g|h|i|k|l|m|n|o|p tessara decachordū enarmonicū. dico p̄mo inter b e ter cōtineri diatessaron. Itā quia per decimā quintam huius b c d sūt due dieses tetrartermerie: erit b d semitonium minus. et d e est ditonus. erit igit b e p̄ma diatessaron. et eodē iure c f secūda. et d g tertia. et quia b e sunt hypate hypaton ⁊ hypate meson: sit igitur p̄ma immobiliter. et c d sunt parhypate hypaton ⁊ lichanos hypaton mobiles: sit igit et duobus modis mobiliter. **S**ecūdo dico solū semel a primo ad quintum limitem fieri diapente: et id quidē immobiliter. nam non fiet diapente b f quia solā supaddit consonantie diatessaron b e diesim tetrartermeriam. neq; b g quia solū supaddit consonantie diatessaron duas dieses que sunt semitonium minus. neq; fiet b h quia cōsonantie diatessaron supaddit semitonium minus ⁊ duos tonos. neq; per idem fiet diapente c g aut c h. nam hic abundabit tonus ⁊ diesis: illic aut deerit tonus min⁹ vna diesis. neq; d g. nam deerit tonus. neq; d h. nam tonus abundabit. at hō cū e h sit diatessaron: nā e f g due dieses ⁊ g h ditonus/ et cū h i sit tonus: erit igitur e i diapēte. et cū e sit hypate meson et i paramese q̄ monstratē sunt immobiles. sit igitur inter assignatos limites solū semel diapēte atq; immobilis. Tertio septies fieri diapasōn vt in diatonico ex decima quinta declarat quē admodum vicesima huius mōstrata est.

23 **D**iatonice modulationis: septem modos ordine collocare.

	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p
<b>B</b> Hypodorius															p 7 dia
<b>S</b> Hypophrygi <sup>9</sup>	Tonus														p 10
<b>T</b> Hypolydius	Semito.	A													p ni
<b>A</b> Dorius	Tonus	A													p cl
<b>X</b> Phrygius	Tonus	A													p mo
<b>Y</b> Lydius	Semitonium	A													di
<b>Z</b> Myxolydius	Tonus	A													

¶ Sit a b c d vsq; ad p pentadecachordum diatonicum. sit r p hypodoroio pentadecachordum diatonicum a b c d e f g h i k l m n o p grauiissimū: qđ vt alioꝝ bassis atq; fundamētum statuas: extendo vno tono in acumen proslambanomenon pentadecachordi s amplius qđ sit proslambanomenos r ad quem ceteras voces suo ordine per quartā/ quintā ⁊ sextam huius in diatonico modulādi genere subiūgo. eritq; pentadecachordum s per diffinitionem hypophrygiū modi. similif extēdo proslambanomenon pentadecachordi t semitonio āplius qđ tensus sit proslābanomenos pētađecachordi s cui tetrachorda per quartā/ quintā ⁊ sextam huius vt pilus coapto. eritq; per diffinitionem t pentadecachordū hypolydiū modi. et proslābanomenon v vno tono extēdo amplius qđ hypolydiū: cui ceteras voces suo ordine sequētes in diatonico genere coapto. eritq; cōcentus pētađecachordi v per diffinitionem dozius. et si amplius extēdo x vno tono: erit pentadecachordi x cantus phrygius. et si y semitonio mīoze: erit eius concētus lydius. Et z amplius extēso vno tono: fiet concētus myxolydius. sicq; factū p diffinitiones patebit propositum.

¶ Que diuersorū modozum in aliquo genere fuerit p̄me vocis ad primā habitudo: ea erit secunde ad secundam et tertie ad tertiam et cuiuslibet totius ad totam similis/ eademq; habitudo. 24

	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p
<b>B</b> Hypodorius															
<b>S</b> Hypophrygius															

¶ Sit a/b/c/d ad p vsq; pentadecachordum hypodorij in aliquo gñe vt diatonico: et q/r/s ⁊ sequētes pentadecachordū hypophrygiū. distabitq; iccirco q proslambanomenos hypophrygiū ab a proslābanomeno hypodorij modi acutior vno tono. dico ergo singulas hypophrygiū: singulis hypodorij vt hypatas hypatis/ parhypatas parhypatis/ lichanas lichanis et ita consequētes: sicut tonos/ toniq; proportione distare. Nam cū pentadecachordum a p et pentadecachordum q g sint vtraq; a proslābanomeno in neten hyperboleon diatonice extēsa: ergo que pportio a ad b ea est per quartā huius q ad r: ergo per tertiam secundi Arithmetices permutatim vt a ad q ita b ad r. at a ad q mōstratus est esse tonus: igitur et b ad r tonus. et cōsimiliter de sequentibus ostendatur.

¶ Totus ordo diatonicus pētađecachordi hypophrygiū modi: totum hypodorium vnus acuminē toni superat: et totus hypolydius eūdem trisemitonio. singule quoq; dozij singulas hypodorij diatessaron consonantia. totus vero phrygius consonantia diapente. lydius autē diapēte atq; semitonio. et myxolydius diapēte atq; scsquitono. 25

	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p
<b>B</b> Hypodorius															p 7 dia
<b>S</b> Hypophrygi <sup>9</sup>	Tonus														p 10
<b>T</b> Hypolydius	Semito.	A													p ni
<b>A</b> Dorius	Tonus	A													p cl
<b>X</b> Phrygius	Tonus	A													p mo
<b>Y</b> Lydius	Semitonium	A													di.
<b>Z</b> Myxolydius	Tonus	A													

¶ Hā proslambanomenos hypophrygiū tono superat acuminē proslambanomenon hypodorij. ergo per precedētem totus hypophrygius ordo totū hypodorium ordinem: toni superat acuminē. et quia proslambanomenos hypolydiū superat acuminē semitonij mīozis hypophrygiū: ergo idem superat acuminē proslambanomenon hypodorij trisemitonio. igitur per precedētem totus hypolydius ordo totū hypodorij ordinē trisemitonio superauit acutior. sed ⁊ qz dozius toni acutie vincit hypolydiū: ergo dozius duobus tonis ⁊ semitonio acutior est hypodoroio. ergo per sextā tertij eo acutior: est cōsc

nantia diatessaron. quare per precedentem singule dorij singulis hypodorij diatessaron consonantia sonant acutiores. et phrygius addit tonum in acumine dorio: igitur totus phrygius toto hypodorio diapente consonantia modulatur acutior. et lydius phrygio addit semitonium minus et myxolydius lydio tonum. igitur lydius hypodorio diapente et semitono et myxolydius diapente et sesquitono sonabit acutior. quod totum est propositum.

26 ¶ Hypolydius diatonicus hypophrygium diatonicum semitono / et dorius trisemitonio / phrygius diatessaron / lydius diatessaron et semitono / myxolydius diatessaron consonantia / atque sesquitono supercuius acutior: et dorius hypolydio tono / phrygius ditono / lydius diatessaron et myxolydius diapente: phrygius autem ad dorium sonat tonum lydius trisemitonium et myxolydius diatessaron / lydius phrygio semitonium et myxolydius sesquitono: myxolydius autem lydio tonum.

¶ Hec ut precedentis vel quae facillime monstrabitur.

27 ¶ Septem modos chromatische modulationis constituere.

	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p
R Hypodorius															p 7
S Hypophrygi <sup>9</sup>	Tonus														p Chro
T Hypolydius	Semiton. A														p ma
A Dorius	Apotome A														p tici
X Phrygius	Trisemitoniu A														p mo
Y Lydius	Semitonium A														di
Z Myxolydius	Apotome A														

¶ Facio r pentadecachordum chromaticum per decimam / undecimam / et duodecimam huius et similiter sex alia scilicet s / t / v / x / y / z: facioque pentadecachordum s tono acutius r. et t pentadecachordum semitono acutius s. v vero apotomes interuallo acutius t. et x trisemitonio amplius quam v. y semitono amplius quam x. et z apotome transcedere y: dico ergo septem modos chromatische modulationis esse ordinatos. nam r erit hypodorius s p diffinitionem hypophrygius chromaticus. t hypolydius. v dorius. x phrygius. y lydius. z myxolydius.

28 ¶ Quo pacto singuli cuilibet inter se chromatici modi respondeant ostendere.

¶ Distat p precedentem hypophrygius ab hypodorio chromatico tono. et hypolydius ab hypophrygio semitono. distat igitur hypolydius ab hypodorio acutior trisemitonio. et dorius ab hypolydio distat apotome. igitur dorius ab hypodorio remotus est ditono. phrygius autem ab dorio trisemitono. igitur phrygius ab hypodorio remouet tribus tonis et semitono: hoc est totius consonantie diapente inuallo. et lydius a phrygio semitono. igitur lydius ab hypodorio diapente atque semitono. myxolydius ab lydio distat apotome. igitur myxolydius ab hypodorio diapente consonantia distat acutior atque tono. Et hoc pacto de reliquis ex precedente perfacilis est ostensio. ut hypolydius ab hypophrygio distat semitono. dorius tono. phrygius diatessaron. lydius diatessaron et semitono myxolydius diapente. dorius a phrygio distat apotome. phrygius ditono. lydius diatessaron. myxolydius tritono. Phrygius a dorio trisemitono. lydius tono et duobus semitonis minoribus. myxolydius vero diatessaron. Lydius a phrygio semitono et myxolydius tono. distat autem myxolydius ut iam quoque dictum est a lydio maiore semitono. sicque constructum est propositum.

29 ¶ Septem itidem enarmonicos modos ordinare.

	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p
R Hypodorius															p 7
S Hypophrygi <sup>9</sup>	Tonus														p Enar
T Hypolydius	Diesis A														p mo
A Dorius	Diesis A														p ni
X Phrygius	Ditonus A														p ci
Y Lydius	Diesis A														mo
Z Myxolydius	Diesis A														di.

¶ Sint r / s / t / v / x / y / z septem pentadecachorda: et sit per decimaquintam huius r pentadecachordum enarmonicum: intendo proslambanomenon pentadecachordi s vno tono amplius pentadecachordo r. et t diesi amplius quam s. et v diesi amplius quam t. et x ditono amplius quam v. et y amplius diesi x. et z amplius itidem diesi quam y. erunt ergo fini acumen intensa sex post primum pentadecachorda: primo tono. deinde duabus diesibus et ditono. demum duabus diesibus: qui quidem intendendi modus enarmonice modum

lationi peculiari, propriusque habetur. sunt igitur septem perat ecachorda r/f, t/v, x/y/z: septem enarmonice modulationis modos continetia, quod demonstrari propositum erat.

**Singulorum enarmonicorum modorum: ad quolibet habitudines demonstrare.**

30

• Cuius ex precedenti demonstratio clara esse potest. Primo hypophrygi ab hypodorio distantia esse tonum. hypolydi tonum et diesim. dorii scisquitenum. phrygi diapente. lydi diapente ac diesi. myxolydi diapente et semitonio. Secundo hypolydi distare ab hypophrygio diesi. dorii semitonio. phrygium diatessaron. lydium diatessaron et diesi. myxolydium diatessaron et semitonio. Tertio dorii ab hypolydio diesi. phrygium ditono et diesi. lydi diatessaron. myxolydium diatessaron et diesi. Quarto phrygium a dorio ditono. lydi ditono et diesi. myxolydium diatessaron. Quinto lydium a phrygio diesi. et myxolydium semitonio. Sexto myxolydium distare diesi a lydio. **Septem enim modos et non plures adiecit prisorum autoritas pythagoricorum. ut enim numerus a monade ad denarium usque varius crescens, progreditur: mox vero sequens denarius unitatis vicem obtinet primamque explicat unitatem eiusdem induitque monadis consors et emulus: quod ad centenarium usque rursus nouenaria progressione se extendit: relapsus tandem in tertiam unitatem. Ita quoque vocum dissimilitudo ac varietas ex quibus instar celestis harmonie concentus humani/modis formatur ad octonarium usque surgit. suntque septem continue voces inter se varie quibus succedens octonaria vocis plenitudo (Primus enim numeralis cubus primaque tessera octonarius) ad primam rursus sonat ut cadem: et ad eam sese habens perinde ac denarius ad unitatem. Et hec octonaria series in omni modulationis genere sic rata procedit: ut continue octavo quoque loco octauum per similem sibi et pene eundem sonum offendat sonum. atque ex duobus natura quadam/concordiaque affinitate iam unum sonum et non multos parere videatur: usque adeo enim se miscet/et mutua se iungit/copulatque amicitia. Et harum septem vocum que grauissima tardissimaque est: Saturno debetur. prima Ioui: tertia Marti. quarta Iphero. quinta Veni. sexta Mercurio. septima vero eaz acutissima/cocitissimaque. Unde octava aut rursus reuoluit ad Saturnum/nona ad Iouem/decima ad Martem. et hoc pacto sequentes: ut sapiens voluit antiquitas. Et reuera totius vniuersi harmonia septenario completa est. et hec septem in celo celestem: in his aut inferioribus corpoream/sensibilemque temperat harmoniam. sed hec magis plenius discutiunt. hinc licet cognoscere cur hypermyxolydius: septem pythagoricis modis haud multum veniat accommodandus. Nam si in diatonico genere myxolydium perat ecachordum per hypermyxolydio vno tono amplius acuat: totus is vbiusque modus ad hypodorium resonaret diapason/octauusque natus esset sonus: qui ad primum idem/congenitusque naturali affinitate redditur. quare non ab hypodorio primo modo omnifariam varius putandus est. et eque si myxolydius intenderetur trisemitonio in chromate et ditono in enarmonio: sed de his forte amplius quam presenti negotio par sit dictum est. Et modi quos adiecerent recentiores ut diuus Gregorius ab hac modorum antiquitate recedunt. et plerumque alia que posteriores musici inculcauerunt et que ab illis facile requiras. et nostra quoque tempestate musicum modulamen/atque omnem concinentiam ad celeritatem quamdam precipitem leuitatem reducere conantur: modestam grauem seriāque ac decoram concentuum moderatiōem perparum attendentes. a moderatiōe enim dicti sunt modi. parum item attendentes prisorum musices honestatis/grauitatisque decus: qua amentes arreptitiosque soluebant. sanitates inducebant feros hominum mores ut olim Thracius Ophreus/ad mansuetos et virtutis callem reuocabant. et ex sensibili harmonia ad celestis harmonie desiderium captiuas animas tanquam sui iam memores exilij vbertim fluentibus oculis euocabant. hoc enim modorum accommoda mediocritate Pythagore discipuli faciebant. non enim is inter homines modestior: cuius ois incessus cursus videtur. neque is cuius preceptis nimium loquela presentium ludit intelligentiam. Ita quoque neque si modestiores modi: qui nimia sui festinantia quasi in venerea chorea lasciuientes preffugunt auditum. Hac enim de causa Pythagorea schola molles chromatis modos repudiavit et Spartiate solenni decreto Thimothem Miliesium increpauerunt vehementer diatonicos concentus potius approbantes. qui si apte moderentur virtutis pre se ferunt modestiam. ut enim nimia tarditate ceu torpore quodam fastidimur inani. ita nimia celeritas molliciem quamdam pre se fert inhonestam. medium enim neque celeritate preceptis nec ignaua tarditate pigrum: laudabile virtutisque emulum. quam ois etas probauit probaturaque est: et ad quam musici modi tanquam moderationis animi quedam certe regule nos perducere debent: et ad diuina mentes nostras iugiter rapere. et felices si erunt qui hoc fine et musicen et omnem mundanam philosophiam quesierint. neque talibus esse solet celestis fauor atque presidium. qui autem secus faciunt miseri: quales nullos ad quos nostra hec modulationum elementa peruenerint futuros desideramus: quin eis ois harmonie vite decus: feliciter optamus/nostrique victuros memores.**

**Quarti elementorum Musices Jacobi Stapulensis finis.**



¶ Jacobus Faber Stapulensis Magnifico dño: Joanni Stephano Ferrerio designato Episcopo Uersellensi studiozum amanuissimo.

In diebus metallicis formulis Arithmetices pariter atq; Abusices cō  
 missis clemētis: cogitanti michi dignissime p̄sul quid illoꝝ facilem  
 b prepararet intelligētiam: occurrit si introductio quedā ex diuina illa  
 et Pythagorica diui Seuerini Doctij nūmerozū institutione in mediū  
 afferretur: que et vt domestica/familiarisq; ante alioꝝ lectiōem et tāta  
 demonstrationū pōdera directrix haberet. Ita enī ferme compatum  
 est vt nisi mens nre preparata fuerit: nullum in disciplinis capiat emolumentum. Ut  
 enī periti medici potiones/digerentiaq; fortibus p̄mittunt pharmacijs quo firmiore  
 inducant valitudinem: ita quoq; in omni disciplinarū genere opere precium est intro-  
 ductiones p̄mittere vt faciliorem assequamur discipline intelligētiam velut quādam  
 perfectam nre mētis sanitatem. Quapropter ilico ex libris diui Seuerini Epitomen  
 sum aggressus: cuius multiplex cōmoditas futura est. Ea enim assecuta: ad numeroꝝ  
 demonstratiōes vt quibusdam Pythagore ritibus iniciati preparatiq; accedent atq;  
 illoꝝ librorum prisca sapientia refertozum institutionis Arithmetices: perfacilem  
 capessent intelligētiam. imo ex vltima comparationis diui Seuerini et Jordani for-  
 mula vniuersam elegāntissime et nunq; satis laudate numeroꝝ institutionis cōmen-  
 tationem consequētur facillime et ad quecunq; que numeroꝝ desiderant operam:  
 viam perfacilem atq; aditum. Hanc ergo introductiunculam dignissime p̄sul non  
 dubitavi nomini tuo designare: tametsi tue dignitatis habita ratione res sit erigua.  
 Ut qui nozim q̄ feruidus oia studia complecteris/q; in illis versaris assiduus schole  
 ppe Socrance assertor: nullum preter sapientiam bonum esse/ nullum preter studia  
 litterarum. Non potest ergo obseruantia in te mea in re litteraria grata non fore: qui  
 facis litteras/literatosq; omnes obseruando: vt te debeant omnes obseruare littere.  
 quod vti nam aliquādo pro dignitate facere possim tue virtutis iam satis longa con-  
 suetudine probate: iugis/assiduusq; cultor. Vale.

¶ Jacobi Fabri Stapulensis Epitome in duos libros Arithmeticos  
 dñi Severini Boecij ad Magnificum dñm: Joannem Stephanum  
 Ferrerium Episcopum Clericalem.

1 Inter disciplinas mathematicas quibus neglectis omnis obscuratur  
 disciplina: tanq̄ ceterarū parens/dux atq̄ domina: primum sibi ven-  
 dicat Arithmetice locum que vt rite cognoscat̄ quēadmodū et cetera  
 certis eget aduinculis. inter que primo menti figenda est vniuersorū  
 circa que versatur subiecta formula/mox singulorū diffinitiones/post  
 quas numerorum affectiones/proprietatesq̄/post proprietates: quo  
 ex loco vniuerse sunt monstrande.

¶ Formula vniuersorum circa que negociat̄ Arithmetica.

Numerus	Sesquiquintus	6.5.	Ante longior	15.	
Secundum se 2.	Superpartiens		Solidus		
Ad aliquid 4.2.	Superbipartiens	5.3.	Pyramis	4.	
Scdm figurā 3.	Supertripartiens	7.4.	Cubus 8.	latus 2.	
Numerus scdm se	Superquadrupartiens	9.5.	Pyramis		
Par 2.	Superquantupartiens	11.6.	Trigona	4.	
Impar 3.	Supersextupartiens	13.7.	Tetragona	5.	
Par	Admultiplex superparticularis		Pentagona	6.	
Pariter par 4.	Duplus sesquialter	5.2.	Hexagona	7.	
Pariter impar 6.	Duplus sesquitercius	7.3.	Curta pyramis	29.	Sui tetragoni sūt 16.9.4.
Impariter par 12.	Duplus sesquiquartus	9.4.	B secura	25.	Sui tetragoni sunt 16.9.
Perfectus 6.	Triplus sesquialter	7.2.	Tricurta	41.	Sui tetragoni sunt 25.16.
Diminutus 4.	Triplus sesquitercius	10.3.	Laterculus	18.	Latera sunt 3.3.2.
Abundans 12.	Triplus sesquiquartus	13.4.	Asser	12.	Latera sunt 2.2.3.
Impar	Admultiplex superpartiens		Luncus	24.	Latera sunt 2.3.4.
Primus 3.	Duplus superbipartiens	8.3.	Nūcus circularis	25.	
Compositus 9.	Duplus supertripartiens	11.4.	Sphericus	125.	
Ad altū p̄ 9.25.	Duplus superquadrupartiens	14.5.	Parallelepipedus	12.	Latera sunt 2.3.2.
Numerus ad aliqd	Triplus superbipartiens	11.3.	Adiectas	6.4.2.	
Æq̄litas 10.10.	Triplus supertripartiens	15.4.	Arithmetica	6.4.2.	
Ineq̄litas 10.5.	Triplus superquadrupartiens	19.5.	Geometrica	9.6.4.	
Inequalitas	Numerus scdm figuram		Adusica	6.4.3.	
maior ineq̄. 10.5.	Linearis	2.	Arithmetica		
minor ineq̄l. 5.10.	Planus	4.	Continua	6.4.2.	
Ad maior inaequalitas	Solidus	8.	Disiuncta	7.5.6.4.	
Admultiplex 2.1.	Planus		Geometrica		
Supparticularis 3.2.	Trigonus	3.	Continua	9.6.4.	
Suppartiens 5.3.	Tetragonus	4.	Disiuncta	9.6.3.2.	
Admultiplex	Pentagonus	5.	Quarta medietas	6.5.3.	
Duplus 2.1.	Hexagonus	6.	Quinta medietas	5.4.2.	
Triplus 3.1.	Heptagonus	7.	Sexta	6.4.1.	
Quadrupl <sup>o</sup> . 4.1.	Octogonus	8.	Septima	9.8.6.	
Quincuplus 5.1.	Ennagonus	9.	Octaua	9.7.6.	
Superparticularis	Decagonus	10.	Nona	7.6.4.	
Sesquialter 3.2.	Endecagonus	11.	Decima	8.5.5.	
Sesquitercius 4.3.	Dodecagonus	12.			
Sesquiquart <sup>o</sup> 5.4.	Altera parte longior	6.			

**Numerus** est multitudo ex vnitatibus aggregata.

**Numerus scdm se sumptus** est numerus qui in comparatione ad alterum minime consideratur / neq; vt ad figuras geometricas applicatur.

**Numerus ad aliquid** est qui in comparatione ad alterum sumptus: consideratur.

**Numerus scdm figuram** dicitur: prout ad figuras geometricas applicatur.

**Numerus par**: est qui in duo equa diuidi potest.

**Numerus impar**: est qui in duo equa minime diuidi potest.

**Numerus pariter par**: est numerus par cuius partes in duo equa ad vnitatem vsq; sectionem recipiunt.

**Numerus pariter impar** est numerus par cuius media: equalium partitionem non admittunt.

**Numerus impariter par**: est numerus par cuius media equalium partitionem admittunt sed partium in duo equa partitio citra vnitatem deficit.

**Numerus perfectus** est numerus par: cuius omnes cōposite simulq; accepte partes: sui totius summam implent. Pars est que aliquoties sumpta neq; excrecendo neq; deficiendo suum totum metitur.

**Numerus diminutus** est cuius collecte partes: minus ipso toto reddunt. qui z impfectus dicitur.

**Numerus abundans**: est cuius in vnum ad eate partes totius summam excedunt: qui et idem superfluus nuncupatur.

**Numerus primus** est numerus impar: qui sola vnitatem metitur. et idem quoq; incōpositus nominatur.

**Numerus compositus** est numerus: quem nō sola vnitatem sed z alter numerus ipsum mensurat: qui z idem secundus appellatur.

**Numerus solum ad alterū primus** est numerus: qui fm se compositus est: ad alterū vero comparatus sola cū illo cōmuni metitur vnitatem. Par. impar.

**Equalitas**: est cum equalis numerus ad equalem comparatur.

**Inequalitas vero** est cum inequalis ad inequalem comparatur.

**Maioz unequalitas**: est cum numerum maiozem ad minozerem comparamus.

**Minoz vero unequalitas contra**: quoties minozerem maiozi comparamus.

**Numerus multiplex** est cum maioz nūerus minozi comparatus: eūdem plusq; semel continet vt bis / ter / quater: et ita deinceps.

**Vnitatem numerorum fontem / principiūq;** etiam numeri appellatiōe censemus. Duplus est cum maioz numerus minozi comparatus: minozerem bis continet.

**Triplus** cum ter continet.

**Quadruplus** cum quater.

**Quincuplus** cū quinq; et hoc pacto deinceps fm naturalē nūeroz pgressiōem.

**Numerus superparticularis** est cum maioz numerus minozi comparatus totum in se numerum minozerem continet: et eius partem aliquam.

**Sesquialter** est numerus superparticularis cum maioz totum cōtinet minozerem: et eius medietatem. et idem dicitur hemiolus.

**Sesquitercius** est cum maioz continet totum minozerem: et eius tertiam partem. qui z dicitur epitritus.

**Sesquiquartus** est cū maioz continet totum minozerem: et eius quartam partem. Et si quintam cōtinet vocatur sesquiquintus. et ita deinceps fm numerorum seriem.

**Numerus superparticiens** est cū maioz continet in se totū minozerem: et eius insup aliquot partes vt duas / tres / q̄ttuoꝝ aut quotquot attulerit ipsa cōparatio. De us partibus id intelligitur: que minoꝝ vnam partem non efficiunt.

**Superbiparticiens** est cum maioz continet minozerem et duas eius partes.

**Supertriparticiens** est cum tres eius partes insup continet.

**Superquadruparticiens** cum quattuor: et hoc pacto deinceps.



**Numerus multiplex supparticularis** est quoties maior numerus ad minorem comparatus habet cum plusquam semel et eius partem aliquam.  
 Et si bis continet et eius medietatem vocatur duplus sesquialter.  
 Et si bis et tertiam duplus sesquitercius.  
 Et si ter et medietatem triplus sesquialter et ita deinceps: ex utriusque denominatione multiplicis et supparticularis prout comparatio attulerit nomina colligendo  
**Numerus multiplex suppartiens** est quoties maior numerus minori comparatus minorem plusquam semel continet et insuper eius aliquot partes. et nomina sumit proposita ex utraque comparationis denominatione. ut hec: duplus superbipartiens/duplus supertripartiens/triplus/quadruplus/quincuplus superbipartiens et similia. Et quo pacto quinquem sumunt species comparando maiorem numerum ad minorem eo pacto sumuntur quinquem correlatiue comparato minore ad maiorem: quorum et suorum specialium modorum specierum nomina: sola sub prepositione addita effingimus: que sunt. submultiplex subsuperparticularis/subsuperpartiens/submultiplex subsupparticularis/submultiplex subsuperpartiens. et species submultiplicis sunt subduplus/subtriplus/subquadruplus/subquincuplus. et hoc pacto deinceps.  
**Species subsuperparticularis:** subsesquialter/subsesquitercius/subsesquiquartus/subsesquiquintus. et hoc pacto deinceps.  
**Species subsuperpartientis** sunt subsuperbipartiens/subsupertripartiens/subsuperquadrupartiens. et hunc in modum consequenter.  
**Species submultiplicis subsupparticularis** subduplus subsesquialter/subtriplus subsesquialter et similes.  
**Species submultiplicis subsuppartientis** sunt subduplus subsuperbipartiens subduplus subsupertripartiens atque cetera similes secundum rationis/comparationisque naturam. sed hec statim nota sunt.  
**Numerus linearis** est qui per plures in unam/eandemque partem adiectas: describitur unitates.  
**Numerus planus** est qui per suas unitates descriptus: in longum atque latum porrigitur.  
**Numerus autem solidus** est qui per suas unitates descriptus longitudini et latitudini crassitiem superaddit/ trinocum distenditur interuallo.  
**Trigonus** est numerus planus: qui suis unitatibus explicatus tria latera possidet equalia.  
**Tetragonus:** quattuor equalibus angulis perficitur.  
**Pentagonus:** quinquem.  
**Hexagonus** sex.  
**Heptagonus** septem.  
**Octogonus** octo.  
**Ennagonus** nouem.  
**Decagonus** decem.  
**Endecagonus** undecim et hunc in modum deinceps: quos appellatione latina nuncupare possumus triangulos/quadrangulos/quinquangulos/sexangulos/septangulos/octangulos/nonangulos/decangulos/undecangulos et hoc pacto consequenter.  
**Numerus altera parte longior** est numerus planus qui per unitates descriptus: longitudini latitudinem habet unitate discrepantem. et idem longilaterus appellatur.  
**Numerus vero antelongior:** est qui per unitates descriptus latera sua habet plusquam unitate disiuncta. hoc est longitudinem latitudini plusquam unitate dissentientem.  
**Pyramis** est numerus solidus cuius singula latera sunt ab uno planorum ad unum cacuminis verticem eleuata. Et planus numerus a quo latera eriguntur: pyramidis basis nuncupatur. **Punctus** autem/unitasque in quam conueniunt pyramidis conus/microvertexque dicitur. que si ex base triangula nascitur: pyramis triangula nominatur. Si ex base quadrangula: pyramis tetragona. et hoc pacto deinceps.

**P**erfecta pyramis ea est cuius laterū ad verticē erectio: citra vnitatē non deficit.  
**C**urta vero pyramis ea est cuius laterū erectio ad vnitatē vsq; nō ascendit: cui si sola monas deest q̄ est prima pyramis: curta dicit̄. Si vnitās et planus vnus: biscurta. Si duo tricurta nominatur. et hoc pacto deinceps.  
**C**ubus est nūerus solidus sex equis supficialibus/ planisq; numeris contentus: equā de se longitudini et latitudini altitudinē prebens. et iudē numeri: tessere nūcupant̄ que duodecim equa latera semp habent/ solidos angulos octo/atq; supficies sex.  
**L**aterculus is solidus est: qui longitudini latitudinem equam habens: altitudinem possidet contractiorem.  
**A**sser: cuius cū longitudo latitudini sit equa: altitudinē habet maiorem.  
**L**uneus vero qui longitudinē/latitudinem/ et altitudinē in se cōtinet inequales  
